pariter ac ſol charuſris.

§. II.

STruthio avis, nobile ſymbolum ſtultiæ, mole cor-
poris non inaequalis camelo, unde & Struthiocom-
lus dicitur, ſed capite, inſtar anatis, exiugio; pennas ha-
bet amplas ut Accipiter, ſed nunquam volat, velut qua-
drupes beſtia. Mirā fecunditate parit ova, eorum ta-
men plurima non fovet, ſed in pulvere viatoribus cal-
canda deſerit. Pullos ovis exſluſos ſumme amat, hoſ-
tis tamen truciulerit neglit. Qui laudes humanaſ
ambit, italiatia Struthioni non cedit, pennas habet He-
rodii peniſ ſimillimas. Hominum ſanctorum ala, qui
bus in ſublime feruntur, tunc orationes, eleomolynæ,
Jejunia, vigiliæ, que Struthionibus illis non deſunt, ſed iis
in altum non rolluntur, terre hærent, nec aliud cupunt,
quam VIUERI. Et licet fortis edant, pias aſtiones quas
& ipſi amant aſtimantque plurimum, & ab omnibus
amari ac aſtimari volunt, nihilominus chariſimma ha-
c pignora, locis non abditis minimèque ſecuris commen-
dant, publicum expetunt, & que faciunt, videtur expo-
nunt. Amant in ſynagogis & angulis platearum flantes orare, ut
videantur ab hominibus exterminant facies ſuas, ut pareant ho-
minibus jejunantes. Cainum per Invidiam, Abiron per Su-
perbiā, Zambi per Luxuriam, Iſcarioten per Avarici-
am, Purpuratum epulonem per Gulam, Virgines fa-
tias per ſocordiam, ad inferos ruere nil mirum: hoc mi-
rum eſt, bis mirum, eſte non paucos, qui per preces, ab-
ſtinentiam, eleomolynas, per nobilissimos labores ten-
dant ad Erebū. En ſtutliſſimos Struthiones! Ergo, Non
efficiantur inanis gloria cupidi. Chrysotomus: Si gloria
amas, inquit, magis eam ama quæ a Deo eſt. Quam ſtulus
ſit atfleſa vel pugil qui certaminis ſui ſpectatores habet
Regem, & omnem regum comitatum, in præmiū
verò propofitum ceruit coronam auream gemmis di-
ſtinctam, iſ tamen mendiculum cæcum interrogat, num
placuerit, & ab eodem pugilus ſui mercedem polu-
lat, nitentem ſcarabæum, aut verſicolorem lapillam. In
ſtadio & nos ſumus, quoquor vivimus, ſpetaculum ſu-
Mundo, & Angelis, & hominibus. Sed vani ac fatui, quā
præclarē nos gellērimus, ex iis quārimus, qui abide
virtutis aetius cerneret nequaquam poſſant; ab iſdem et-
iam in præmiū locum laudatiuscula frigidissimas avide-
acceptamus. Nunquid non inſigniſſime ſtultiſſe hoc
eſt, laborioſa agere, ut Gregorius loquitur, & aura lau-
diſinhiare, forti opere præceptis caſtibus inſerire, &
terrenæ retributionis præmium quæret? Non ei placet in
vercordia ſua, & ſicut tela aranearum fiducia ejus. Aranea huc
illuc excurrit, & mirè ſe fatigat, itque rediue ſexen-
tis, e ventre flaminis deducit, & irretiendis tenuiſſimis
animalculis venabulum conſicit, atque in retis ſpeciem iſi
diſſundit. Textrum hoc opus araneæ, multi labors
& mira ſubtilitas eſt, ſed huic penitus deſtruendo non
opus malleis, non ſecuribus, aut bombardis, aura pa-
lulum concitator omneſ laborem avehit. Apſe ob-
ſecro aetuosorum hominum ſudores & diſcurſus ut ni-

tunur, ut satagunt, ut moluntur, idque corpore, atque omnibus, ut dicuntur, unguis variis se laboribus frangunt, & exhausti. Officinas ingredere, curias adi, scholas ultra, Aulas inspicere & miraberis multorum misericordiam sedulitatem. Tot mensium, tot & annorum labores saepe puncto temporis intereunt, nam ubi re-
cta intentio deficit, in ventum labor omnis evanescit, aura humani favoris omnia tollit, & sicut tela aranearum siluca ejus.

§. III.

Narrat qui oculis fidem habuit, visum a se illustris sumum Comitem, qui graviter admodum offendit a filio, cum non opportunum duceret, in ipsum est vestigio filium vindicare, tale supplicii genus inventit. Effigiem filii fortè conficiat, eam a parte solvit, & mox in frusta concerpt, æquissimum paternas ire argumentum præ se ferens. Hanc filio sapientiam preire voluit, utis denique fatetur, sibi hanc penam fuisse perfolvendam, quam sua effigies dependeret. Ajunt & Persas, cum supplicium de illustri viro sumptuari sunt, vestem & tiaram ei detrahere, eaque suspensa verberare ut hominem ipsum. Non multum abhumi penam Christus Dominus Vanæ glorie cupidos punivit. Viderat Servator in viâ sicum foliis abundantem, sed carentem fructibus; ideo fervere in eam pronuncians, & vitam ei omnem admisimus: Nunquam, ait, ex te nascitur fructus in sempernatum. Et arefacta est continuo siculena. Hec arbor, comitatem decora, pomis vacua, germana corum effigies est, qui ad speciem valent, sed carent intentione. Hos ut Christus terret, dum eis parceret, effigiem ilorum exactionibus laceravit, ut indignationem quam ipsi promeruerant, in suâ imagine eernerent.

Miramur primos omnium parentes ob malum unicum ad mortuorum supplicio tam gravi affectos. Quis enim Diocletianus aut Phalaris, ob pauculas ficas, aut aliquot fosculos, aut unicum ponum, mille homines in crucem rapuit? Cur igitur Deus non mille homines, sed innumeros hominum millions æterna mortis damnavit, ob arbuculam unam, non solo exicam, sed pono privatum, & quidem unicu? Puerile præceptum, inquit Theodoretus, & infantibus convenientis videri poruisset illud: De ligno hoc ne comedas. Cur ergo tam diuina veritate punitur transgressio? Merito sane, quod imperium hoc expeditissimum, & nec pueris difficile, deterreret tamen Protoplasti. Si grandia Deus & difficultas imperasset, habuissent quo culpam purgassent. At vero cum illis amoenissima libertas in omnes paradisi arbores esset, excepta unicâ, facinus fuit intolerabile, & tanto supplicio dignum, necab hac quidem unicâ tam serio verità velle manus abstinere. Hinc jam liquet, quâm Deus & illos derafet, qui gloriam, quâm sibi unam vult deberi, iniquissime præceptum eunt: odiit Deus omnes vitiosos, sed superbi & arrogantes etiam resistit, quos scilicet infecit vitium idolatriæ cognatum. Pro Dicente stat Veritas, &: Quomodo, inquit, vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis & gloriam quæ à solo Deo est, non queritis? O miseri, theatrum vobis in celo constitutum est, in terra tamen spectatores colligitis.

§. IV.

Augustinus veterum Philosophorum turbam, talem ab ipsis accepto, feriebat in hunc modum. Picturam illitalem statuerant. Regina, nec veste, nec vultu eam dignitatem decente, sublimi tamen solio sedebat; Regine nomen VOLVTAS. Adibabant nobilissimæ virgines, VIRTUTES, velut ancillas ad omnem herilem paratae: Has variis imperiis fatigabat proterva domina, & modò Prudentia, modò Fortitudini, modò Temperantia diciturabat, quid in rem suam curatum veller. Bene, inquit Augustinus, hac picturâ expresse-

A rant Philosophi, quod solebât, sed ad latidis appetitum, quo ipsi maximè laborabant, pulchre convincendum. Ergo simillimam priori tabulam pingamus, sed pro voluptate, VANAM GLORIAM substituamus, cui pariter imperanti Virtutes sic ancillentur, ut nihil provideat Prudentia, nihil distribuat Justitia, nihil toleret Fortitudo, nihil Temperantia moderetur, nisi quod à Vanâ gloriâ jubeatur, & aliorum oculis placitum speretur. Et quid, oro, improbo hoc dominatu iniquius? Fodimus illud monstrum, illa veræ Gloriam larvalis umbra, amplissimis regnis, Virtutibus nesciunt, & velinitas cogit sub imperio proflus derafabile? Ita sanè sit, sic vivitur, sic servitur: hæc mundi sunt spectacula, hæc illius miracula, operosa, fateor, & saepe multi fidoris, sed laudis appetitum non difficulta: sub Vanâ gloria amabile imperium fluunt omnia; ipsæ Virtutes ad hanc suavissimam vim degenerant, & generosam suam contumaciam, hæc expugnari non valde nolunt, transiuntque in arbitrium fucatae Gloriam. Sed, Amen dico vobis, *recepimus* *Matt. c. 6.* mercedem suam. Romani rerum domini, quâm præclarè *v. 2. 3. 6. 16.* geserunt multa, quanti armis togaque? quâm laudata eorum Justitia, quâm exquisita Prudentia, quâm Clemens celebris, quâm invicta Fortitudo, quâm Temperantia illustris, quâm casta & impenetrabilis Pudicitia, quâm admiranda Constantia? Sed *recepimus* mercedem suam. Locupletissimus testis Augustinus: *Honor, in Lib. 5. de ci-* quir, & gloriâ quâd Deus Romanos fecit illustrissimos, merces sunt *v. 6. c. 15.* bonorum operum quæ egerant, nec est quod de summi & veri Dei Iustitia conquerantur. Eximia illorum erant opera, sed præmium se dignum retulerunt. Gloriam ambierunt, & certè obtinuerunt. Fines imperii Romani, Orbis & Oceanis, ita ut quidquid opportuum fuit aut dignum vinci, vicerint. Itaque terminos sibi fecerunt Orientem & Occenum, exceptis locis inaccessis aut inhabitatis vel ignobilioribus: *Recepimus* mercedem suam. Æquissimus Deus, nihil viti, nihil & virtutis sine supplicio & præmio transmisit. Unde actionibus illis melioribus, Deus a quibus tamen celum deberi non vult, congruum, & etiòibus extra celum remunerationem affigunt: recipiunt mercedem suam, sed ita ut non recipiant æternam. Ah, bus celum quantum ubique laboratur, sed nihil ad celum hila debet nobo. Obfero, vel aulas tantum impiciamus, quâm vult, extra hæc variâ generis servitia sunt, quâm exactæ sedulitatis celum affi- quâm compæ patientie, quâm pietatæ fidelitatis, quâm gnat remu- neratio- opero folertia! totos dies & saepe in adulant ho- cem. stare, aut ad omnem laetitudinem huc illuc excurrere, plurimorum invidiam tolerare, omnes heriles mutus observare illic quotidiani usus est. Et sunt qui hac omnia religiosissimâ urbanitate faciant, sed præter pecuniam & gratiam nil expectant: *Recepimus* mercedem suam: non enim quâd Deo, sed quâm Principi chari essent, laborarunt. Alii ad negotia & curarum subtilitatem in aulis admoti, vigilissimos oculos in omnem partem emitunt, ne quid regiis gazis aut honoribus decedat, sed saepe hi boni viri, dum attentissimâ sollicitudine curant omnia, animum suum inter curanda non numerant, modò crumenam farciant, modò Principis gratiam non perdant, tantisper sui ac celi negligentes cœli licetum credunt, & scipios vix unquam convenientur, cum conscientia suâ rariissimè, & non nisi obiter loquuntur, suam in rebus agendis intentionem non examinant: ceterum de rebus omnibus suavissimè confabulati norunt, de celo per horam differentem, audire ægerrime sustinent, verbo dicam, non solent esse domi suæ, & secum loqui, omnibus altis fideliore quam sibi. Et hi quoque, *Recepimus* mercedem suam, humani favoris auram, & aurum, splenditatis terræ particulam, heu mercedem post funera non duraturam! Ergo, videte vosmeipos (8 Aulici, o quicunque alii) ne perdatis quâ operati estis, sed *v. 2. 6. 6.* ut plenam mercedem accipatis. Seduli etsi, & diligentes in officiis vestris? bene hoc quidem: Sed quod diligenter videt

tes videri vultis, hoc jam malè: imò hoc jam pessimè, A
quod saepe vobis curæ non est, quâ fideles & industris
fuis, sed quâm esse videamini. Vide ergo vosmeti-
plos, ne & vos olim audiatis: *Recepérunt mercedem suam.*

§. V.

Indic. c. xi.
v. 34.

Occurrit olim Jephthæa Virgo parenti è bello re-
duci, laudes amantisimi patris decantatura, &
una victoriæ ac triumphum gratulatura. Audit Je-
phæt quantis patrem præconis afficeret filia; sed tamen
hanc laudatricem, quanvis invitus, pro laudum præ-
mio jugulavit. Facinus ingens, & nobis prorsus imitan-
dum quâ licet. In bello fūmus & nos, nec unquam non
satis hostium est: omnis diabolorum impetus defacie-
rit, sola tamen caro nunquam non refractaria, bellum
mover continuum. Postquam rem præclaræ gessimus
in hoc bello nostra nobis filia prodit obviam, pulcher-
timus nos elogii affectura. Hæc est, ut Origenes expli-
cat, Inanis gloria, qua tunc maxime apparet laudibus
infructa, cum res strenue & feliciter gesta est. Cum
Xenodochium locupletatæ, cum templum condidisti,
cum prolixas preces inisti, cum pauperculam virginem
dotalisti, cum liberaliorem spem dedit, cum strictius
jejunium observasti, tunc blanda illa filia sese fert ob-
viam, ore pleno, quidquid factum dilaudans, & velut
suave carmen, hac talia ingeminans: Quâm præclaræ,
quâm piè hoc & laudabiliter; quâm istud religiosè &
sanctè; quâm hac res boni exempli: factum nobile,
quis negaverit? viciisti te ipsum, res loquitur: sic decuit,
& utinam multi te imitentur: insigniter egisti. His vi-
ctori applaudit blandissima hæc filia. Quid hic agen-
dum? Tu, si vir es, & labores tuos non vis esse cascos,
hic grandem affectum indue, & laudatricem hanc ge-
nerosâ manu jugula; quidquid à te factum, una cum
omni laude integerrimè ad Deum remitte, & reclam
intentionem quam actionis initio tibi sumperas, ar-
denter resume. Augustinus ad hoc addens animum: C
Huc cupidati, ait, melius reficitur sine dubitatione, quam
ipso initio. Ep. 64. ad

Et ab eo
generosâ
manu ju-
gulanda
est.

Lib. 5. de Ci-
vit. c. 14.
Ep. 64. ad

finem.

Qui Deo
potius
quam sibi
placere
mavult.

Hom. 12. in
epist. 2. ad
Cor.

Lib. 3. c. 40.
Thou.
Ep. 4. & 6.

Grad. 21. ad
Cenod.

Non enim illa bestia unquam uterum matris discepit, ita
etiam hoc vittum parentem dilacerat. Et quâm eximiè Tho-
mas ille à Kempis? Verè, inquit, inanis gloria, mala pestis,
vanitas maxima: quia à verâ trahit gloriâ, & calisti polliat
gratia. Dum enim homo complacet sibi, displacebit tibi: dum im-
biat laudibus humanis, privat veris virtutibus. Querant tu-
dier gloriæ que ab invicem est: ego hanc requiram que à solo
Deo est. Omnis quidem gloria humana, omnis honor tempora-
lis, omnis altitudo mundana, eterno gloria ræa comparata, va-
nitas & fluturia est. Atque si Climaco credimus, Inanis
gloria est laborum dissipatio, fidorum perditio, thesaurorum
infidie, perfida alumnæ, superbia præcursor, in portu naufragi-
um, in area formica, quæ et si tenuis est, laboribus tamen omni-

A bus & fructibus infidiat. Exspectat formica dum perficiatur
tritum. Cenodoxia verò dum congregentur opes; gauderallat ut
furetur, hac autem ut dissipet. Operarius ebriosus, inquit Sira-
cides, non locupletabitur, qui quod actione honesta collig-
git, per ebrietatem vane glorie dissipat.

Sed vereor, ne multi hac monita non satis capiant.
Hos mores hoc avo amamus, ut cum virtutum aliquod
perstringitur, neminem facilè reperias, qui illo se labo-
rare fateatur; nec mille testibus sinceram ei confessio-
nem exprefseris. Et quis est qui se arrogantem credat &
doleat? Cum tamen Augustinus Antistes longè sancti-
fimus, hujus se culpa minimè immunem pronun-
tit, nam te ipsum dilectè accusans: *Hoc mihi ipse, inquit, fin-
cano quoridie, & tamen vehementer cum adversario dimi-
cans, sepe ab eo vulnera capio, cum delectatione oblate. Lædis
mihi auferre non possum.* Nos quidem inanem gloriam
damnamus omnes, non omnes fugimus. Nemo est, ne-
mo qui hunc morbum non peritè diffimulare se credat:
B plurimi ab hoc morbo sanificatos se labunt, cum eo
maximè sint infecti, ebris illis simillimi, qui tunc sibi
maximè sapere, & animo constare, ac bellè omnia fa-
cere videntur, cum lingua titubat, & pedes: ita glori-
æ vanæ sitiones, tunc se primùm velut religiosissimos
homines circumspiciunt, cum ex hoc mulso probè sunt
appoti. Idcirco Chrysoftomus: *Intolerabilis, inquit, que-
dam ebrietas est manus gloria: quidquid facit, aliorum tantum
gratia facit.* Et à causa Christi illud suum ATTEM-
DITE, tam fidei præmonitione ingeminat, ut Inanem
gloriam, velut furem vaferum, & furandi periū-
num omni studio caveamus. Ergo, AT TENDITE, Om-
ne bonum quod per concupiscentiam laudis ostenditur, oculi-
adversarii juri mancipatur, inquit Gregorius. Spoliat
vult, quipquis ab hominibus vult videri.

CAP V T. VI.

Aliquot quæstiones super R E C T A
I N T E N T I O N E.

Deo servire, non tantum omnibus legibus, & omni rationi congruum, sed nobilissimum ac optimum obsequium est in Orbe, & res prorsus necessaria obtinendo celo. Illa verò solatii dulcedo, quam multi sentiunt, qui Deo serviant, mel est celo, & res fane pretiofa. Nihilominus Deo servire ad emerendam hanc Dæ-
anii vitiis habita semper est hec intentio virtutis. Adeò de-
cili res est INTENTIO PVRA, & sibi ipsius amor
nunquam non inimica, quacunque demum ratione ex-
sef insinuet. Est autem sibi ipsius amor omnium de-
crationum amicus, carum etiam que minimè profana-
censentur. Et quia Deus sibi non temperat, quin suis
fidelioribus servis aliquid ejusmodi mellis è celo fil-
let, amor proprius mox illud excipit, & ob hanc ipsam
gustationem in ampliora servitia se offerit. At hoc non
est Deum querere, sed se ipsum, nec in donantibus sed do-
migratioris laborare. Quod quidem à vitio non penitus
immune censetur: neque enim aliud est, quâm si servus
aut ancilla operam suam locer caponti, quod sibi
honorarios levissimos calliculos, & crebriores domi-
nicæ cœnae reliquias: aut è quis in servitutem se tradat
pharmacopeo, aut dulcario, aut cupedario ob mellita
crustula fepis lambenda. Hoc amor sibi ipsius tam
occultè agit (est enim subtilissimus artifex) ut aliquando
tecta impotstra. Deprehendit tamen potest, & tunc
maximè cum preces & labores, cum quidquid virtutis
est, ideo in fastidio esse incipit, quia mel illud defi-
cit. Atque si talen interrogas, cur non oras, cur non
laboras, sicut nuper feceras? respondebit: Non sapit, fastidio
nausco, inanem res est oratio, tædet laboris. Verum est
qui prius

quâ intentionis est sincerâ, his minimè movetur: et si eum laboris tadeat, labotare tamen sustinet, et si orationem fastidiat, orare tamen non desinit; et si molestia cumulantur, eas tamen tolerat: neque enim Deo servit propter calum, sed propter Deum. Et hoc purè arque sincerâ intentionis proprium est, quod enucleatius videtur exponendum, ideo nunc aliquor super hoc ipso quæstionulas ponemus.

I. QVÆSTIVNCVLA.

Quid minus aut facilius posset à nobis exigere Deus, quâm hoc ipsum, rectam intentionem? Ni- mihi id à nobis postulat, quod nullus hominum cu- juscunque status, ordinis, sexus, quantumcunque eger & pauper sit, negare posset. Quid creditor minus exigat à suo debitor, quâm hoc ipsum: velle feriò satisfacere? hoc ipsum poscere à nobis Deus: Vis solvere quod debes? jam partem maximam solvisti, nam apud me etiam vel- le est facere. Et cui non concessum est VELLE: hoc volun- tatus aeriarum ægerimus ac pauperimus, hoc affli- tissimus quisque penes se habet. Jure olim Deus contra illos queritur, qui vel lenissimum imperium derectâ- Deut. t. 30: bant: Mandatum hoc, inquit, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque præcul possum, nec in celo situm, ut posis dicere: Quis nostrum valet ad calum ascendere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus atque opere complecamus? Negre trans- possum, ut causeris & dicas: Quis è nobis poterit transfer- a- remare, & illud ad nos usque deferre, ut possumus audire & fa- cere, quod præceptum est? sed iuxta te est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum. Idem prorofus de rectâ intentione dici potest: tuxta te est valde, intentio illa, in ore tuo & in corde tuo: quid autem tibi præcipiuimus quâm os & cor tuum? Pauperem vestire nequisi, da duos obo- los, adde desiderium ingens & serium omnibus egenis propter Deum opitulandi; & en pauperem vestisti. Orationes prolixas fundere, tuarum virium non est: fac quod potes, sed adde affectum validum, semper lau- dandi Deum: & en prolixissime orasti. Hujus rei testem in locupletissimum tibi fisto Chrysoftomum, qui disertè confirmans: Non parantur, inquit, hæc sumptu, non labore, non sudore: sufficit velle, & confecta sunt omnia.

II. QVÆSTIVNCVLA.

Num quis potest plures actiones bonas simul eo- dem tempore exercere? Potest omnino, & leviter opera, solum intentione. Non omnibus quidem facile est, de unâ fidelitâ duos dealbare parientes, varium pulmen- tum eodem pulario simul coquere, diversos colores ex eadem conchâ promovere: At hoc bona intentione facili- num est, non duobus tantum parientibus, sed decem, opus albarium superinducere ex eodem vase. Utilissi- mum prorsus est, ad operis initium plures fines seu in- tentiones præstituere. In exemplum fit hoc: Ad rem di- vinam, & ad sacerdotum eo. 1. Ex obedientia in dominum meum, quem ex officio comitari debeo, ut Aulica Nobilitas suum Principem. 2. Obsequium meum volo sincerum sit, non enim deducam tantum Dominum, ut aliquorum mos est, qui post primum ingressum tem- pli, mox se subducunt, ad finem præfentes se sicuti Domi- no, tanquam si semper adficiunt: talem ego hypocri- tam non agam. 3. Ex obedientia in Ecclesiast, cui hoc dominicis & festis diebus debeo. 4. È grato animo in Deum, ut illi gratias agam ob accepta tota beneficia. 5. Cum hodi calum rigeat, & tempesta perfrigida sit, patientem exercerebo. 6. Cum non desint qui me pessi- mè oderint, pro his inimicis meis Numen feriò depre- cabor. 7. Fidam Deo: haberem equidem abunde quod domiagerem, sed Deus hanc à domo absentiâ occul- to seniore penitabit. En tibi septenas intentiones, seu, septem virtutis actus, duplices obedientia, Sinceritatis, Gratiæ animi, Patientia, Chaitatia, Fiducia in Deum.

Tom. I.

A Addi possent totidem alii. Hoc nimis est, Virgula su- mi ex aromatibus myrra & thura, & universi pulveris pi- gmentarii. At dicas: Mili difficile nimis est tot actus mul- tiplicare, & uno quasi halitu tam multa intendere animo. Hoc ergo confili tibi do; mi homi, unam atque unicam Dei voluntatem animo tuo amplectere, & quidquid agas, hoc semper præmittas: Propter te Domine, & hoc, & illud, & istud, & omnia faciam: propter te Domine, tuo honori, tua voluntari, tibi sit quidquid de- mun à me fit.

Qui tamen amulari vult illos Deo familiariores vi- ros, ducem habet qui viam monstrat, ad sublimiorem hanc sapientiam. Sanctissimus rex David, in suis actio- nibus & tam immensu populi gubernatione, plures in- dubiæ sanctas intentiones jungebat: nam quos sua fidei & sceptro commissos suscepit, præbit eos in innocentia cordis Psal. 77. & in intellectibus manuum suarum deduxit. Quid hoc? David in suis actio- nibus di- versi gene- ris affectus in Deum copulabat. Quid sacra regis hujus carmina, ut alius in Deum copulavit, quâm nobilissimorum affectuum medulla, seu, thefa- rus sanctissimarum intentionum? quid frequenter suspi- raverit rex David, quâm hoc ipsum: O si tibi placeam Domine, populum mihi commissum rederè gubernem, cultum tuum undique terrarum augeam: Utinam, mi Deus, te nunquam non laudem: Utinam omnia mem- bra mea lingua fiant decantandis tuis laudibus. Exulta- Psal. 70. bunt labia mea cùm cantavero tibi: Misericordias Domini in vers. 23. aeternum cantabo. Etiam impios, docere non recuso, ut v. 2, redeant ad te, ô mi Deus. Viliissimus sum & abjectissi- mus, modò sim in tuâ domo, mi Domine. Male sit, malè hostibus Dei, male omnibus qui odiunt Deum: Bene servis, bene amicis Dei, bene omnibus qui diligunt Deum. En pœclarissimos piarum manum intel- lectus i mille talia spirabam, animus illius Hebrai Mon- archæ. Verè, in intellectibus manuum suarum, deduxit velut oves populum suum, innumeris intentionibus ca- lum fatigavit. Hæc illa pia vis est: celo cum virtute infe- renda. Calum rapit, Deum expugnat, qui hoc modo, qui toties ad calum, ad Deum aspirat.

III. QVÆSTIVNCVLA.

Quid rectam intentionem plurimum vitiat? AMOR Amor sui svi. Verbo dicam: cùm quis omnia suavi meatu rectam in- ad se derivat, & hoc unum animo agitat: Mili hoc pla- ciet, hoc mihi sapit, mihi hoc prædest, hoc meo bono, plurimum meo commodo, hoc ad meum sensum & lubitum sit, hoc mihi jucundum & volupe, hoc demum me mihi reddit. Hic amor sui filiestris taurus est, fera pessima, quatuor & in eam cornibus arietas in rectam intentionem. Cornu pri- mum, honoris, titulotum, laudis Aviditas, que hoc cornibus arietat: unum magni æstimat, eminere, & præ alii videri. Cor- nu alterum, Aviditas delectationis, que docet cibum potumque sumere, non tam necessitatim quâm voluptati, neque mensam accumbere, ut sedetur fames, sed ut Gula propitietur. Idem in aliis corporis oblationibus obseruat. Cornu tertium, Aviditas opum, que labores ingerit multos & graves, ex solum nomine, ut magis magis que intumefcant maruspia. Cornu quartum, Aviditas danni alieni, hæc multiplici fraude instructa, dicit facitque quod alii nocet, sicutem quod molestia, quod offendiculo, quod naufragia sit: neque tamem semper apertâ molitione in aliorum perniciem laborat, non- tamen enim tam commodè, tantòque circuitu peccat, ut nihil minus videatur velle, quâm eos, quos odit, ledere. Affidit & extitibile Principibus malum, apud Esti- quos gratiosi, prætexi juvândi aut monendi, satiant in- principi- vidiam, & interdum amulos laudibus artollunt, ut ma- bus extitibile malum, ligna deinde inserentibus sit prior fides. Ira sui amor

S f

coruata

cornuta bestia est, & omnem bōnam intentionem quadruplici hoc cornu ferit, ac dejeicit, caveto. Pessimum veri affectus venenum est, sua cuique utilitas.

Iraque amor sui hoc spectat, ut ubique in saginā sit; ipse se pacit, se curat, facitque quod ille olim, de quo *I. lib. 4. N. 6.* *Attic. 6. 20.* *seu ult.* Gellius memorat. Cūm quidam corpulentus ac nitidus equum haberet macilentum ac strigofum, rogatus quid esset in causa quid ipse longè curat sit, quām equus ipsius respondit, mirum non debere videri, si equo suo esset habitor, quandoquidem ipse se curaret, equum Statius servus. Ita prorsus *Amor sui*, quidquid non suum putat, aut id alius mandat, aut levissimē curat: ad commoda sua sudare, hoc esse sui muneras putat. Certum: tantō mīterius pessum it bona intentio, quād felicis *sui amor* invalescit.

IV. QVÆSTIVNCVLA.

Recta intentione commendarē ea quae affectus vītūlīmē sunt. *Exod. 2. 25.* *ver. 3.*

3. Reg. 6. 17. *ver. 12.*

Luc. cap. 22. *ver. 3.*

Luc. cap. 18. *ver. 1.*

Monil. sp. rit. c. 9. mīli *pag. 93.*

Cur in divinis paginis tam multa, & estimationis alio- qui vītūlīmē, adēo exaggerantur? ut incautor Ar- cæ tacitus, ligna Sabbato collecta, multitudine subditorum numerata, calix frigida porrectus, lacivior feminæ alpæctus, &c. Moës olim proclamans: *Hec autem sunt, inquit, que accipere debetis, aurum & argennum, & os, hyacinthum, & purpura, coccumque bis tinctum, & byssum, pilos caprarum &c.* Inter munera censoria aurum & argen- tum, nil miri: Sed quod pretio inter haec sunt pili capra- rum, donum prorsus ignobile. *Etiām Deo chara tam vītūlīmē & minuta?* Quantilla res, pugillus farīna & paullum olei Eliae obsequio impensum? Quid duo illi numuli vidua, num tantum postulabat elogium, quantum tulerunt: Sederat Christus & tanquam ad maximē seruit spēctaculum intentus; spēctabat turbam quæ in sacrum gazophylacium ingentia munera jactabat. Inter tot opulentis vidua quædam paupercula plus non attulit quam æra duō minuta, unicum quadratum. In hanc DOMINVS benignissimè promīnscians: *Vere dico vobis,* inquit, *quia vidua haec pauper plus quam omnes misit.* Exiguum fuit quod illa muliercula in æarium contulit, sed amplius non potuit: multoq[ue] gratius venit quod tam faciliter quād plena manu dabatur. Nam haec munera non in rebus, sed in ipsa benefaciendi voluntate consistunt. Plurimum dat qui pauca etiam dat magnificè, & Regum opes æquat animo, qui exiguum tribuit, sed libenter: qui paupertatis sue oblīvīcīt, dum alienam respicit: qui accipere se putat beneficium cūm lar- gīt: qui dat tanquam non recepturus, qui occasionem quā proīt, & occupat & querit, hīc & dīfīlīmē est, & liberalissimus, ob rectam intentionem. Quid igitur, obsecro, adēo commendavit illos numulos, quid farīnā illam, quid caprarum pilos? una atque unica RE- CTA INTENTIO. Hac est quæ omnium penora, thesau- ros, ataria, quæ omnes Persicas gazas supererit. Nil dī- tūs Recta Intentione.

V. QVÆSTIVNCVLA.

Num quis dormire simus & precari potest? Equi- dem Servator serio præcepto exigens: *Quoniam,* inquit, *oportet semper orare & non desicere.* Ergōne etiam dormientes orare, possimus? Possimus, si vīlīmē, id- que hæc ratione. Quietī præmitenda est oratio, & ipsa quies in Dei obsequiū offerenda, ejusmodi fer- verbis: *Cupio, mi Deus, ut, quoties hac nocte animam duxero, toutes singulare respirations meæ te laudent, tan- quam si semper illud pronunciem: Benedictus Deus, Benedictus &c. Aut: Cun tuo, mi bone Jesu, somno, quem tu in terra cepisti, jungo & meum, ubique una of- fero.* Qui sic ad somnum se parat, semper orat.

Ludovici Blofius hujus rei mentionem faciens: *Dominus, inquit, ad virginem Mechtilde dixit: Quan- do quis somnum capere vult, meditetur aliquid de me, aut mecum loquatur. Ita enim licet corpore dormiat,*

A mente tamen vigilabit ad me. Etiam dormitus quād desiderer, ut singulas respirations, quas nocte illa faciet, tanquam examinam mei laudem suscipiam, & ego qui sanctis votis pīæ amantīs que anima deesse non possum, in veritate desiderium ejus implebo.

Sanè non satis capere videatur quantum emolumen- ti adferat, sic omnia in divinos honores reducere. Nullo non tempori momento lucrari possimus. Et quām suave hoc virtutis compendium est, edendo etiam, bībendo ac dormiendo possē emereri cēlum: Solā prof- cētō intentione potest quis uno die plus promereri quām aliud quis tam toto anno. In vineam laboraturū fer- *Mat. 13.* venit, qui horā diei penultimā venit, non minus tamē *ver. 3.* denarūm accepti quām qui à primo mane in serū ve- sperū fidarunt. Aliud est operam impēdere prolixam, aliud intentiam. Non tam spectat Deus, quād quis laborat, sed quām bene.

Nec rārū est, ut facillimum quid factū & vītūlīmē, majoris sit preti ob rectam intentionem, quām actio quāvis excellētissima, sed illā intentione destruita. Et cui non placet ars, que ingenio sām dīfīlīmē celeri- tem doceat: Hac est ars illa, Recta Intentione notitia, hec illa Mīde virgula est, quæ quidquid tangit, inaurat.

Hoc sanctū Ignatium Lojolam movit, ut suis omnibus aīsīdūm re recta intentionis studiūm altissimē vo- luerit imp̄ressum, hac ipsā legē: *Omnes rectam habere inten- tionē studēant: non solum circa vitā sua statūm, verū etiam circa res omnes particulares, id semper in eis sincerē pīudent, ut serviant & placeant divine bonitati propter seip̄sam.*

VI. QVÆSTIVNCVLA.

Quodnam opus Deo gratissimum: Si nos hanc re opus possimus estimatores esse, censēmus illud omnium præclarissimum, cui plurimum inest divini amoris, seu quād à ferventissimā intentione uni Deo placēdī pīudent. Ludovicus Granata hac de re differens: *Illud opus, quād inquit, Deo gratissimum, quād solis ejus oculis conspicuum, & ei de quā operari nec utilitatis, nec honoris, sed nec voluptrati est, nisi quis hoc solo nomine, quād Dei causa sit factum.* Quantis lepe desideriis pectora sanctorum attuant ampliandi divini honoris, eti decies, eti centes impēderēt sit vita. Hac ipsa desideria tam ardētis in Deum affectus, inter maxima virtutē opera sunt recēndēta.

Reperiuntur actores Comici, qui in gratiam unici alicuius domini totam exhibent coīcēdām; sed unis ille liberalius lucar persolvit quām aliorum spēctatorum plurimi: Si homo integrissimē intentionē quotidie divinis obsequiis se offerens: *Tuis, inquit, solis oculis, mi Domine, spēctaculum edo, tibi spēctatori actor sum horis omnibus: aliorum spēctantium oculis & ar- res penitus non curio: quidquid illi de me dixerit, sen- serint, susque dēque habeo, modō tuis oculis, modō tuis me auribus probem; omnes res posteriores pono, arque operam tibi do, tuum, mi Deus honoreno ciro.*

D Priscis celeberrimum erat: Alter alteri fatis magnum est theatrum vir probus. Epicurus cūm uni ex conforti- bus studiorum suorum scriberet: *Hac, inquit, ego non fui.* multis, sed tibi: fatis enim magnum, alter alteri thea- trum sumus. Homini probo nimis quām magnum theatrum est Deus; Deo quoque sit amplius theatrum est proba intentionis homo. Qualia theatra fuerunt Deo unicus Abraham, unicus Paulus, qui sincerissimē erant intentionis?

VII. QVÆSTIVNCVLA.

Quoties renovanda est recta intentio? S. Bernar- *Credo* dus: *Si quis diem, inquit, ita consumat, ut omnibus mē de- actionibus grave Dei odium mīscat, peracto die quo gehē- reas promeruerint totes repetita flagitia?* Contrā verō si quā- diem sic transfigat, ut in cunctis actibus sincerum Dei amorem at- exerceat, quām altam in celo sedem hic obtinuerit: *est enim Deus*

Deus prouidit ad danda premia, quâm ad irroganda supplicia. Ita Bernâ di consilium est, rectam intentionem quâm creberimè de die instaurare, quod nos jam suprâ demonstravimus.

*Matt. 2.10.
vñ. 41.* Christus Marthæ ore: *Qui recipit Prophetam, inquit, in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.* Non tantum hospitium concedi vult Christus, sed & certam intentionem adjungi. Quid enim magni facis, si domum peregrino pandas, & obstruis cor? Ex quo colligere est, quâm utile sit & necessarium celestis lucri avido, intentionem bonam sapientia instaurare nam tanti præmii non est hospitio prophetam accepisse, quanti est optimâ intentione id fecisse.

Quod si quis innovandæ intentionis statam horam nosse cupiat, quinque præcipiæ tempora de die obser-
vanda iudico. Primum est, post quietem, matutinum,
Alterum, meridianum, ante menam, & post illam. Ter-
tium, ante preces, maximè verò sub re divinâ. Quar-
tum, ante labores & quævis negotia. Quintum, ante
sommum. Per haec potissimum intervalla diei, animus
sue poretatis fiat, & ad seipsum sele recipiat. Conditor-
rem suum velut respirans adoret, atque ita rectam in-
tentionem innovet. Nemo tam negotiosus est, quin id
facillimè possit ac commodissimè: tribus solum vocalis
hoc negotium omne perficiat. Faciles Deus habet adi-
tus, nec ullum noctis, aut diei momentum est, quo sui
copiam neget. Itaque rectam intentionem innovatu-
rus, præsentis animo horum aliquid dicat: Domine, pro-
pter te: Honori tuo Domine: In tuam gratiam: Ad tuam
gloriam: Tu nominis: Ob amorem in te: Tibi, mi-
Deus, hoc faciam, hoc dicam, hoc perficiam, tibi omnia.
Incredibile dictu est, quâm hoc actiones nostras com-
mendet, quâm & opulent. Nullum enim merè natu-
rale opus, ut Theologi loquuntur, meritorium est vitæ
æternæ, qualia sunt, jejunare solum valetudinis, labora-
re mercedis, deambulare sanitatis, edere, bibere vitæ
dumtaxat servanda causâ. Nisi hæc per intentionem
eant ad Deum, nihil sunt ad lucrandum celum. Et haec
crebrius repetita intentio plurimis vitis aditum inter-
cludet, alioqui misericordia in nos graſſatur, simul & vani-
tatem, quæ se rebus omnibus blandè insinuat, fugabit
unico desiderio placendi Deo.

VIII. QVÆSTIVNCVLÀ.

*Q*uomodo è musæ fiat elephas? Si peccata aliqui
leviora, intentione fiant non remisit impoqba.
Hujus rei certissimus testis venator Esau, cui tantopre
vito veritut, rufum pulmentum comedisse, tanquam
si nefio quas Apicini delicias fuſſet conſecutus. Quid
tandem mali est, lenis edulium abſumere, præſertim
fame ſic ſtimulante? At Esau velut venaticus canis tam
avide coctas lentes inuasit, ut gulâ dominante rationi
locus non fuerit, ut propter puliculam ius primogeniti
vendiderit, & quod turpis, vendidisse parvi duxerit.
Ita quorundam gula plus peccat in vilissimis cibis, quâm
aliorum temperantia in exquisitissimis epulis: & quan-
doque plus ſuperbia latet sub rudiſſimo panno, quâm
ſub aere togâ. Animis & intentio hîc ſpectatur, non
ſerulum aut tegumentum. Et quæmadmodum maiori
cum laude orat, qui brevius quidem ſed tamen arden-
tius orat, quâm qui prolifíſſimis fundit preces, ſed
ſine ullo igne: ita ſepe gravius peccat qui in rem cetera
leviore, maiore tamen ardore impertique ferrur,
quâm qui languide, & velut aliud agens in culpa ſoci-
tatem venit deteriore.

IX. QVÆSTIVNCVLÀ.

*Q*uotuplex emolumentum fit recta intentionis?
Spartum jam suprâ demonstratum, quâm intentio
recta ſit cognoscitibus ſe jucunda, utilis, necessaria.

Tom. I.

A Hoc loco breviter & summatim septemplex emolu-
mentum percendendum venit.

Primum est: Deo hac ratione pro culpis ſatisfacimus. *Recta intentionis septemplex*
Penas & ſupplicia peccatis deberi non nescimus, &
hæc vel olim certe dependenda horum partem tolli-
mus, quoties animum bonâ intentione à rebus eaducis
quasi feducimus, & erigimus ad Deum.

Alterum: Magna virtutibus fit accessio, & ingens ſecundum
gratia incrementum, non tantum ab exercitiis pietatis,
fed etiam à quotidiano vitæ tenore. *Recta intentionis*
homo nunquaque fruſtra laborat, ſive enim legat, ſcri-
bat, audiat, ſive vendat, ſemat, iter faciat, negotia trahat;
ſive comedat, bibat, dormiat, quidquid denique rerum
agit, modò Dei honorem, ſuum ſibi finem in omnibus
præſtituunt, quæſtus ſemper facit honestissimos. Revera
ſalutis initium, ſincera intentione.

Tertium: Miram vim addit precibus recta intentio. *Recta intentionis*
Hæc enim illa eſt ſuada conciliatrix, quæ Deum ſelectere
ſicit, & in vota precantis deducere. Intentio recta non
tantum orare novit, ſed & impetrare. *Vñque modò non Ioan. c. 16.
peritſi quidquam in nomine meo: Perite & accipietis. Nervus vñ. 24.*
orationis recta intentio. Diligentiam ſuo iure virtutum
omnium ſecondissimam vocant; idem pæne, aut am-
plius de recta intentione merito predicatorum: intentio
recta virtutum omnium & ſecondissima, & coram
Deo ſecondissima:

Quartum: Intentio bona mirabilis nexus hominem *Quartum.*
unit cum Deo. Praeclaræ de hac Rufbrochius: *Simplex In Farrag.*
intenſio ea eſt, inquit, quæ nibil ſpectat niſi Deum. Ipsi virtu-
tis, apud
rum omnium ſinum, iutium, decus, & ornamentum eſt. Ipsi fi-
Ludovicum
dionem, hypocriſi, & duplicitatem omnem pelit; vires anima-
dispertas in unitate ſpiritu colligit, & adjuvat, ipſi ſimque ſpi-
ritum Deo adjungit. Ipsi natura pefum premi, arque pro-
ducat, virtutemque omnes incolumes conſervat, & pacem, ſpem
atque conſidentiam in Deum, tam hic quâm in die iudicii pra-
stat. *Quando brem danda tibi opera eſt, ut in eis actionibus*
tuis illam retineas & colas. Ingens theſaurus recta intentio,
& ſerio volenti inexhaustus.

Quintum: Perpetuum gratia ſanctam à Deo deri-
vat ad hominem recta intentio, idque tunc maximè ap-
paret, cum toleranda ſunt adverba. Bonum aut malum
corium in pluviis potissimum ſe prodiit; bonus aut ma-
lus homo in adverſis. Quâm patiens & Dei obſervans
est homo probus, tam impatiens & Deo contumax est
impròbus. Eximie hoc Augustinus declarans: *Vnde, in-
Lib. 1. de c-
quit, in eadem afflictione, mali deteguntur atque blasphemant;* *vñ. c. 8. fine.*
boni autem precantur & laudant. Tantum inter eis non qualia
ſed qualis quicquid patiatur. Nam pari motu exagitatum & ex-
halat horribiliter canum, & ſuaviter fragrat unguentum.

Sextum: Intentio recta in hostes pugnat stratagemate *Sextum.*
nunquam fallaci, ſempér vitoriam reportat. Dum
in rupe Moſes calo excolleter manus, vici Iſraēl &
Amalekitas fugavit memorabilissimâ vitoria. Quam-
diu intentio ad Deum ſtat recta, tamdiu nullis ſuccum-
bit hostibus, invincibilis, inexpugnabilis eſt: ubi laſſa, *in*
terram ſpectare incipit, mox vires amittit, & a suis ho-
ſtibus triumphatur.

Non omiferim hic, quod mirum videatur. Fit non-
nunquam, ut duo litigent coram Judge: quisquis ſuam
agit cauſam, ille affutat, negat iſte, uterque ſuis exat
legibus, uterque jus petat ab judge: ſi cauſam ſpectes,
uterque vincere non poteris; ſi intentionem, uterque ſa-
pius evadit viator, tunc ſeſſeſt cum neuter dolo malo
controversiam intendit, cum iuſtitiam damnam neua-
ter odiſſe vult, páratus ſitem perdere aut evincere, prout
iustitiae viam fuerit. Si ambo vincunt, non cauſa, ſed
intentione, quæ in ambobus admodum laudabilis eſt.

Septimum: Intentio recta in rebus omnibus ingens *Septimum.*
ſolatum eſt, illa præcipue horâ quæ de annis omnibus
fert ſententiam. Equidem reor ſupremo vitæ tempore,
nil moribundo fore jucundius, quâm omnia per vitam

*S. 2
præ-*

præteritam intentione optimâ egisse. Securissimè profectò morietur, quisquis vixerit sincerissimè. Si enim bonus Deus tam liberalem munificentiam decievit in singula quanquamque viles aetiunculas, sibi tamen bona intentione oblatas, quâm largis muneribus exciperet omnem vitam sibi semper sincerâ mente devotam?

Sed quis horror & tremor occupabit miserum, cui conscientia omnem vita seriem pander ex ordine, illudque flebili exaggeratione vociferabit: Nec inter homines, nec cum Deo egisti sincerè: sepe alios, teipsum semper turpissimè fecellisti: alius videbâs volebas, alius eras honestatem verbis praeferebas, non animo: quoties amicitudinem gestu & ore mentebaris, mente capitallis hostis: quoties actionibus, tuis pulcherrimam larvam induebas, ut ea intentionem improbam velares: mulsum & mera mella loquebaris, mens invidia novaculam acuebat: variegatâ pavonis tunicae te creberrimè ostentabas, animo milyum & vultum fovebas, tam pulcher foris, quâm turpis intus. Sed teipsum decepisti, non Deum, cui patent omnia. Vt tibi, vñ omnibus qui intentione sapientia nulla, frequenter non pruâ, plerumque malâ, actiones suas non Deo, sed suo genio, sibique offerunt, & perdunt.

Supremo die judicii plurimis illud poterit opprimenti: *Argentum tuum versum est in scoriam: Vinum tuum mystum est aqua: Equidem nitebant opera tua, velut puerum pucum argentum, sed quâm frequenter male intentionis muturam admiserunt, in argentum reprobum, in dñ in scoriam mutarunt. Quam igitur assidue clamandum: Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Christi præceptum est: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorifcent (non vos, sed patrem vestrum qui in celis est). Ergo, benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & superexalte eum in secula. Omnia omnino opera nostra, minima, maxima benedicant Deo in æternum.*

C A P V T VII.

*E diës circa RECTAM INTENTIONEM
que consequantur: ubi uberioris de Temeraria Iudicio.*

PLures sunt artuum pulchra quidem, & minime plebejæ, at quia nil faciunt ad latinam, aut lucrandum panem, ideo non magnò ambitu frequentantur: Quid prodest, ajunt, hec scire, & elutire? Multa inter doctos, multa etiam in templis pro suggestu disputantur, de quibus illud vere pronuncias, *Non est de pane lucrando, in dñ, non est de lucrando cœlo.* Cui bono est, facundissimè temporum seriem percensere, quid juvat stellarum numerum & ortus nosse, quid prodest orbium cælestium motiones scire, si nescias arrem quæ te supra stellas evehat? Quâm multi potentur cœlo, tametsi nunquam audierint dubitari, an constat calum, moventur terra.

At verò ars hac, quæ docet quâ ratione tractanda sit omnium humanarum actionum *AMVS SIS*, ut maxime faciat ad lucrandum panem, panem Angelorum, panem in regno Dei manducandum.

De pecuniâ verius est eaniuncula: Et genus & formam regiam pecunia donat. Vertamus, & rectius carabimus: Et genus & formam regina intentio donat. Intentio sincera rebus omnibus conciliat cœlestis pretium; absque hac omnes etiam nobilitissima actiones jacent iuhonora & nullius pretii. Ad hujus recte intentionis ampliori cognitionem necessarium proflus est, ostendere jam quid ei sit dicitis consequens. Itaque aliquot ordine confutationes subjungam.

Qui errat in intentione, errat in omnibus. Resta *Quid errat in intentione, & mille testimonii hoc unum certius est: Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Totum corpus, totum. Quid clarius? Qui in itinere aberrat à via, quâd plus progrediuntur, *Maius* gravius errat: sic quâd quid vehementius agitur, aut quâd *venit* nobilior actio suscipitur, hoc pejus sit, si bona intentio desit. Omnibus actionibus nobilitatem impedit intentione: si haec ignobilis sit, & carnem, vel terram oleat, quâd alius dabit, quo ipsa caret: Qui tractat literas, tanquam ut scire; qui Religionem ambit, ne panis desit; qui aulam lectorum, ut ditescat, vel extollatur; qui sacerdotium querit, ut culinam inveniat; toto caro aberrat: horum omnium quâd nequam oculus est, totum corpus tenebrosum est. *Recte* Gregorius: *Lucrera itaque corporis est oculus, inquit, quia per radium bone intentionis, merita illius luxuriantur actionis.* Et si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. *Quia si recte intendimus per simplicitatem cogitationis, bonum opus efficiunt, etiam si nunc bonum esse videatur.* Et si oculus tuus nequam fuerit: *totaliter* corpus tuum tenebrosum erit: *quia cum per se intentione quid vel rectum agitur, et si plendere coram hominibus certatur, apud examen tamē interni iudicis obsecratur.* Ad *litteras*: *Vide ergo, ne lumen quod in te est, tenebris sint. Selunam quod in te est tenebra sunt, ipse tenebre quanto erunt: quia si hoc quod bene nos agere credimus, ex malâ intentione frangamus, quanto ipsa mala sunt, que mala esse, etiam cum agimus, non ignoramus.**

II. C O N S E C V T I O.

Opus bonum bona intentione omitti potest, sed *Opus bonum fieri non potest.* Thomas à Kempis: *Pro nulla, inquit, re Mundi, & pro nullius homini delectatione, aliud quod malum est faciendum: sed pro utilitate tamē indigenum, et opus bonum libere aliquando intermittendum est, aut etiam pro meliori mutantum.* *Hic* sepe graviter impingimus nec sentimus. Sunt quibusdam in dies singulos statu precatiunculae, sive certæ, quæ vocant, devotiones, his quandoque tam pertinaciter inherent, ut fame siue alios potius perire, quâm aliquid sua consuetudinis intermittere velint. Hanc ego piam maliitiam vocerim, quâd sepe ad infamiam laboramus: nulla allorum curâ tangimur, in nostram dumtaxat rem sapimus: quidquid siat alius, nostra nobis semper potiora sunt: hic devotiones, & precatiunculae nostræ nemini cedunt. Sed quantum huius est, charitati Christianæ, quam pietati tam obstinata morem gerere, quanto majore lucro haec talia aut omitterentur, aut certe differerent? Fuerunt plurimi inter priscos Ascetas observantissimi jejunium, reperti tamen ex his qui in gratiam hospitum series, aut sepius possent prandere, & semper elutire. In rebus animali longè utilissimum est, utilitatem suas in tempore omittere; & sepe maximum est commodum, nullam sui commodi rationem ducere. Optimum in rem *Gregorius: Plerunque enim virtus, inquit, cum indisceretur tenet, amittitur; etiamque disceretur intermittitur, plus tenetur.* *Hinc aptè deducitur.*

III. C O N S E C V T I O.

Hoc prius est intentio, quo quis minus querit seipsum, & hoc impurior quo quis magis rem suam sapit, & agit. Abel primus & martyris, & virgo sacrificatur Deo, optima quæque sacrificio destinata datus meliora, si potuisset. Abel quoque obediens de primogenito gressus sicut, & de adipibus eorum. Miram hic Abelin in Deum liberalitatem observans Chrysostomus: Non tantum, inquit, de oibis, sed de primogenito, de optimis & selectissimis obstat, & ex his ipsis quod præstans illum, erat, selegit, & de adipibus eorum pinguisima quæque altari fecerit. Nil simile fecit Cainus, sed, *factum est autem illud.*

post multos dies, ut offeret Cain de fructibus terra munera domino, arborum fructus, & obvia quæque ad sacrificium rapuit. Itaque Abel quasi convivium instruxit Deo, Cain convivii epilogum, poma, nuces, pira agrestes munus congesit. De hoc pulchritudo Augustinus: Cain, inquit, non recte divisit, quia male vivens, dedit Deo aliquid suum, sibi autem seipsum.

Deut. c. 14. v. 7. In Mose Deuteronomium prædicat: Non caligavit oculus ejus, nec dentes illius moti sunt. Interpres vobis: Nube malitia, inquit, intuitus pia intentionis à recto non deviavit: Moës enim Deum quæsivit, non se: hinc intentionis illusum pura & firma.

Bernardus illud de Paschatis agno præceptum expli-
cans: Cæstodit Dominus, inquit, omnia offæ eorum, unum ex his non conteretur, quia nunquam propositum cordis eorum, nunquam salubris intentio conseruit, ut concupiscentia titillanti detur affensus. Intentionem igitur & propositum mentis è sollicitudine cœfodiamus, fratres, quia vitam animarum nostrarum. Tanto igitur, o Christiane, sinecior est tua intentionis, quanto minor tui ad teipsum affectio.

IV. C O N S E C V T I O.

*la rebus pluri-
mis* sola intentionis præmio aut supplicio afficietur. Nimirum cum deest facultas, mercedem accipit voluntas. In omni officio magni aestimatur dantis voluntas: prompte dedit, qui citè voluit; plurimum consulti, qui plura non potuit. Sciebat Plato fastidiri se à Dionysio rege Siculo. Quapropter admitti petiit, & aures sibi dari. Admissus, sic fari ceperit: Rex potentissime, cum impunè fineres abire, si quis Siciliam fuisset ingressus eo animo, ut grande tibi malum inferret, tam etiæ objectis impedimentis mali nihil intulisset? Ad hæc Dionysius: Nequaquam, o Plato, inquit, nam hostium non tantum mala facinora, sed & consilia ac proposita mala sunt punienda. Hic Plato subiungens: Quod si quis, inquit, veniasset in Siciliam, Majestatis tuae honori, & bono, plurimi facturus, impeditur autem non sua culpâ, sed occasione & fortunæ, num aquum fore, hunc talem sine omni gratia, cum dedecore & ignominia dimittere? Ecquis est iste, ait Rex. Mox Plato: Aëchines, inquit, vir sincerissimus, tam fides Socratis amicus quād illus alius, & qui eos omnes, quibuscum confuevit, possit facere meliores. Hic plurimum marien navigavit, commune acturus negotium, & alios quoque artis sive facturus participes, hactenus tamen neglectus est. Brevis hæc peroratio sic afficit Dionysium regem, ut Platонem ante exolum amare, Aëchinen laudare tractare cœperit. En etiam homines solam punitum intentionem, aut munerant, quanto magis Deus: Si voluntas prompta est secundum id quod habet, accepta est; non secundum id quod non habet.

Quanta cum laude exaggeravit Deus illud Abramam facinus illufissimum? Er non pepercisti unigenito filio tuo proper me. Tamen parentis gladius filium non attigit, non pilum ei levit. Voluntate Abramam, filio non pepercit, animo illum jugulavit. Intentione jam sacrificavit. Hoc Deus in sacrificium perfectissimum acceptans: Nunc, inquit, cognovi quod times. Dominum. Tu non pepercisti ob meum iussum, ego autem pepercii ei ob tuum obsequium: fatus est mihi, Abramam, te hoc voluisse, ideo non minus amplè remunerabo tuam intentionem, quād remuneraturus fuissim tuum factum.

Noëmum vix Arcâ egressus mox aram struxit tumulatam, & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundi, oblitus holocausta super altare, certè sciens voluntatem bonam, animique intentionem in his Deo plurimum probari. Odoratusque est Dominus odorem suavitatis. En etiam nidorem & fumum sacrificii gratissimum fecit intentione. Non astimavit Deus aves aut quadrupedes, sed odorabatur in eis fragrantissimum quid, affectum Noëmum. Qualecunque, inquit Chrysostomus, nostrum fa-

Tom. I.

A cricium sit, sive oremus, sive jejunemus, sive eleemosynam de- sub in de co-
muni, hic illius sacrifici sive odor qui solus placet. Hoc sensu di- ficiamus.

xix Bernardus: Sola interdum bona voluntas sufficit, cetera non profunt, si sola desuerit. Valet itaque intentio ad meri- tum, actio ad exemplum. Exemplo, quod dicimus, sic ocu- lis subiiciamus. Videt quis mendicum miseritum ipse non dives, animo doler hujus vicem; suspicit calum, agitur Deo gratias ob sibi concessas; & o si, ait ipse secum, & hujus mendici penuriam ex integro sublevare possem, quād id facerem hilariter! Hic talis, etiam si nihil aut exiguum quid det, mercedem tamen, ac si de- disset, recipiet.

Pari modo si æger serio & ardenter exoptet, & pre-
ces fundere, & inedita corpus affligere, aut alia pietatis
opera exercere, ea tamen virum defecit praefare ne-
queat, non minus Deum sibi debitorum habebit, quād si omnia illa quæ optrat facere, fecisset. Modò animus, cum Deo sic agat: Mi Deus, quād ego in tuum hono-
rem hoc libens facerem! sed tu scis D'omine, id in mea
potestate non esse: hoc ergo desiderium & voluntatem
meam in locum operis tibi submisiſſimè offero.

Hinc Chrysostomus ingeni plurimorum solatio af- *Homil. 7. de*
firmans: Da, inquit, indigent, si minus habueris, vel suffici- *paup. & ad*
rium si profers, omne tribuſſi. Nam in omnibus ille oculus videt, *finem.*
te dedisse quod habueras. Hinc & Gregorius: Ante Deicoru- *Homil. 1. in*
los, inquit, nunquam est vacua manus à munere, si fuerit arca *Evang.*
cordis repleta bonâ voluntate. Ideo & à fortunis pauperi- *Pauper &*
mi, & a morbis afflittiſſimi, tam opulenta & præclaræ æger tam
posunt Deo ferre munera, quād ditissimi atque sanis præclaræ &
fimi. Non hoc opum aut virium negotiorum est; voluntat- *opulenta &*
tis est: quia si verè bona sit, & opes, & vires, & omnia Deo ferre
exæquat. Quo modo est disertus etiam qui facit, fortis munera,
etiam qui compressis vel alligatis manibus: quo modo quād di- *governator, etiam qui in secco est; ita & liberalis, labo-*
ratus, & obsequiatus est, qui vult tantum, nec habet *nes & fa-*
hujus voluntatis sue ullum alium, quād se testem. Re- *quam accepte non sunt.*

C *gius Psaltæ: In me, inquit, sunt Deus vota tua que reddam, v. 55. v. 13.*
canque, inquit, potum dederit, uni ex minimis ipsis, calicem, *vers. 42.*
aque frigide, tantum in nomine discipuli. Amen dico vobis, non
perdet mercedem suam. Scio non esse omnium, hospitium
præbere, & vita necessaria subministrare, ergo quod
pauperis quibusque in manu est, haustum frigide
præbeat sicuti, non perdet mercedem suam. Ergo nemo
in inopia se excusat, quo minus iis, qui Christi sunt,
subveniat, cum iis etiam beneficiis, quæ nullius sunt
aestimationis, tam nobis sit promissum præmium, non
perdet mercedem suam. Et ne quis sumptum lignorum in
danda calidæ pro abluendis pedibus cauillati possit,
det solum frigidæ nihilo minus ob tam tenuem & faci-
le officium, ob rem etiam tantillam, non perdet mercedem
suam. Non enim in hoc beneficii genere opulenta liber. Non enim
itas, sed pia voluntas, & recta intentio attenditur. Aëst. *in benefi-*
cii genere
Deus opera magis è studio & conatu, quād è rei *opulenta*
magnitudine, magis ex affectu dantis, quād è doni re- *libertas,*
luntati, quod desuit facultati. Quid planius, quād quod
volumus, pro factio repertur, ubi factum excludit ne- *hinc etiam minimum quid & vilissimum, in Chri-*
tum. *in vilio-*
tendit.

Hac de causa Augustinus: Deus, inquit, coronat bo- *in p. 105.*
nam voluntatem, quando non inventi facultatem. Ejusdem
animi Bernardus dixit: Deus indubitate tribuit bona vo- *Epi. 77.*
luntati, quod desuit facultati. Quid planius, quād quod
cessitas?

cessitas? Nec sine causa Partenius ceterus beatissimæ Virginis Marris membris schedis subscribi jubet, *Dederum Martyri*. Quisquis vult, fieri potest intentione Martyr. Magni est utique, Deum animo sic affari: Quam vellem, mihi Deus, tibi è meo sanguine propinare purpureum poculum: paratus sum caput meum, & omnem vitam certa morti obsecere proper te. Profecto hic talis, cui non voluntas moriendo, sed facultas deest, non perdet mercedem suam, tamque amplissimam mercedem. Sæpius in magnis vel voluisse sat est.

At sunt homines ignavi, quibus æterna hiems est in pectore; ex horum numero si qui aut levè rusticula tentent, aut caput fentiant gravius, aut si aura afflet stridior, voces tam pias ultrapare solent; Sacris hodie inter se non possumus, itaque manebimus domi, pie voluisse bonus Deus pro pie fecisse muniperabitur; cum deest facultas, sufficit voluntas. Eadem loquendi formulæ cum Avaritia, tum Pigritia multorum se solatur. Cum pauperes juvandi sunt: Non possumus, aijunt, itaque voluisse juvare latenter. Cum jejunium tolerandum: Valetudo impedit, non possumus ferre incedamus; itaque dies cluiales in nos nihil imperii sibi vendicent. Cum difficultas ardui operis generose pertrumpenda: En, inquit, quis hoc posse? veniat ergo in locum operis voluntas.

O ignavas pecudes non cœlo natus! o impiam hie- mem exspirantis animi! siccinga vestram vobis inertiam purgare, & à re divinâ pro libitu abesse, ceteraque ad arbitrium omittere licet: nihil hæc fœcordia vestra patrocinantur. Aliud est, à boni, difficulter & agere quid posse; aliud, omnino non posse. Si ea omnia negemus nos posse quæ difficulter possumus, quid tandem erit inter honesta & pulchra quæ nos posse fateamur? pleraque enim omnia difficulta, quæ pulchra. Itud igitur (*Cum deest facultas, sufficit voluntas*) causa vestra nil penitus favet: possetis, noddò velletis. Si quidquid non facilè fit, libere omitti posset, quid cœmum honesti aurum præclarum unquam in opus exiret? habent hec omnia suas quæque difficultates, quas qui fugit, præmium perdit. Pelicanus avis fluvialibus concis le compler, easque stomachi calore concoctas revomit, eligitque ex his quæ sunt esculenta. Ita, o torpidi Christiani, si quid difficultaris & laboris devorare volueritis, etiam difficultia vos posse ab affectu comperebit. Qui nucleus esse vult, frangat nucem. Non derre odat pugnam, qui amat victoriam: non metuit plagas, nec certamen refutat, qui lauream appetit. Quod autem negatur posse, hoc saltem sciò velle, si promptum. Sed progediendum.

V. CONSECVTIO.

Damnare temeritatis est, ullum hominem judicare, vel judicare. **S**aut damnare sceleris non aperti, cum intentio quæ re hominem omnes vel absolvimur, vel damnamur, sibi Deo fit nota. Accersebat olim Moses abbas, ut in fratrem, qui deliquerat, sententiam diceret. Venit ergo, sed saccum arenam plenum humeris denulit. Rogatus quid spectaculum sibi veller? Peccata, inquit, mea sunt, quæ nec nosse fatis & vix ferre valeo; jam de alienis quomodo judicavero?

Ad Rom. 14. 7. 4. Extremæ hoc prorsus audacia est, & vitium longe invulnus Deo, animi arcana rimari velle & ipsas aliorum cogitationes ad tribunal rapere, ac sententiam in eas dicere. *Tu quis es qui judicas alienum serum? Dominus non suo stat aut cadit.* Dominus illius cor illius scrutatur; si domino suo proberetur, quid tu hic te ingeris? proper quod inexculabilis es, o homo, omnis qui judicas: in quo enim judicas alium, teipsum condemnas. Quot actiones ab omni ævo vita sunt pessimæ, quæ tamen ob intentionem, non tantum non male, sed & laude fuerunt dignissimæ. Ambrosius, vir integrissimus lupanar ingressus est, sed ut sacros honores fugeret: Abra-

ham Eremita, vestem mutavit velut apostata, & solitudinem defecit, sed ut rediret fandior, sed ut ne prem à flagitiis abstraheret: Pynophilus anachoreta ad Thadæm Alexandrinam divertit, sed ut eam à Veneris cultu averteret. Quotusquisque nostrum est, si illorum aliquem ad infames latebras contendentem videt, qui non pessime suscipiat, mox ut judex profiliat, cum dicto: Vide te hominem impum, qui sub fornici lascivas delicias querit. Pronissimum nobis fuisse hoc judicare, sed an non salissimum fuisse hoc judicium? Ergo, *Quidquid agant homines, intentio judicat omnes.* Quod verè dixit Bernardus: *Intentionis propositum culpas dicuntur & merita.*

§. I.

In divinis paginis res hæc longè clarissima. Jacob Eremita Iaaci filius, illi Abraham dignissimus nepos, patrem materni artificis induxit, fratrem spe amplissimæ & fraudavit, & tamen faultissimam patris precationem impetravit. Fuit utique Jacob intentionis optime, & hoc quoque meruit elogium: *Jacob autem vir simplex.* Phinees duos homines una confudit, nec tamen rotulacerat, aut in cruce actus est; facinus illius misere Deo placuit: *Stetit Phinees, & placavit, & cessavit quassatio pectorum, & reputatio eius ei ad justitiam.* Cain Abelem, David Goliathum & Uriam, Joab Abnerum & Amasam, Herodes Magnus Alcalonita Bethleemiticos infantes, Herodes Antipas Joannem Baptistam, Herodes Agrippa Jacobum, Petrus Ananiam & Sapphiram interfecerunt: mera homicidia, & vel manu vel iustitia facta, sed eorum intentiones & causæ longè diversissimæ. Eodem modo Apolstolus unus, & quartuor Reges illam dominum vocem pronunciarunt: *PECCAVIT.* Dixit hoc Pharaon, dixit & David, nec non & Saul hoc dixit, hoc idem prorsus & Manasses rex, & Judas Iscariotes dixerunt, sed heu quæ non pati affectu! nam uti disparas prorsus intentiones erant, sic & affectus dissimilimi. Verissimum eriamum illud: *Quidquid agant homines, intentio judicat omnes.*

Et quæ actiones videri possent laudissimæ nisi eas intentio pessima vitiarit. Illud Romani nominis insigne dedecus, Catilina, ab opere censeri potuisse Apolstolus, non ab intentione. Aëstus, frigoris, inedia, suis patientissimus erat, *ista tolerabat*, inquit Augustinus, ut immanissimas explerit cupiditates: *Apolstoli ut eas premeret, & dominanti rationi servire cogeret.* Stirps Herodiana hujus rei specimen præbuit luculentum Herodes Alcalonita: *Vi & ego veniens, inquit, adorem eum.* Venire certè, sed pugione cruentum retulisset. Herodes Antipas Baptista paricida, Christo, quem Pilatus transmiserat, viso, lætatus est quidem, sed non ut Zachæus, hanc ei lætitiam curiositas crebat; prodigium expectabat. Herodes Agrippa intercessor Jacobi, concionatorem egiam, concionabatur ad eos. Sed non ut populum erudire, sed ut seipsum in ornata regio soecundum proponebat; ideo in ipsa cathedrali ab Angelo intercessus est. *Quidquid agant homines, intentio judicat omnes.*

Cum ergo Deus non tam opus attendat quam operantis intentionem, intentio autem sciri nequeat nisi a solo Deo, nūm quæm audax & inolerabilis temeritas est, ullius hominis actiones, eis pessimæ videantur, judicare. Hoc enim facere, est perinde arque dicere: Ego cerno hominis illius cogitationes, ego intentionem illius intueor, ego Christus sum, ego renes & corda scrutor, ego sum Deus. Ex Orec hi tales judices vociferantur: *Nos insensati vitam illorum estimabamus infâcum, & finem illorum sine honore: ecce quomodo compatis sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.* Exteriora alpeximus, & ab his interiora judicavimus; inde noster tam temerarius, tamque fatuus error. Jobus in gravissimis illis ærumnis mira prolocutus, nunc disputare cupiebat cum

cum Deo, nunc peccata suâ appendi, & examinari tru-
tinâ, nunc scire se ajebat quod nihil impii gessisset: ejus-
cetodi verba malignâ interpretatione cognati excepe-
runt, nec aliter judicarunt, quâm eum velut hominem
flagitiosum jure merito puniri à Deo, qui tamen Deo
fuerat charitissimus. O judices temerari & improbî!
Atque hi tales, ut probè noscantur, cùm in suis sint cæci,
in alienis sunt oculatissimi; monstrò similes. Domestica,
& è propinquu sua non vident; aliena, etiam remotissi-
ma, uicini ad ossium medullas scrutantur. Quin etiam
vident in alio quæ nusquam sunt: solis suspicionibus in
aliorum virtutis defigunt oculos, in quorum laudibus ca-
rent oculi. Si quid tenebrarum est, vident, nō tamenque
non raro in alieno celo inveniunt, in quo plena lux est,
diem esse in densissimâ nocte suâ credunt: ita in nocte
diem, noctem in die reperunt, prodigiis ubique er-
ore: minima in aliis virtutis, apud illos maxima sunt yititia
sua, virtutes arbitrantur; quod fit ut in gravissimis erro-
res labantur. Nec mirum, oculos habent nequaquam
simplices, sed in alienis invidia ac odio, in suis amore
sui gravidos. O non Areopagitarum, sed cæcum nimis
judicium!

*Cur in amicorum virtutis tam cernis acutum?
Cum tua perveras oculis male lippus inunctio?
Estrasti, & errabis hic nullies. Quidquid agant homines,
intento judicat omnes.*

§. II.

Judicandi
homo totu-
r opem in-
peries quicquam expertem hujus erroris. Omnes homines ut
homo. 5. in thronum non confundantur, ut carnifices, ut fidiculas, ac compo-
ca. ad Rom. des minime habent, attamen & ipsi quoque eos quos pucare
nisi med. intelligent, judicant in colloquio, in communis cætibus, in
confessio, cæculo. Et Augustinus: Maxima, inquit, pars
generis humani, indiscerto judicio ad reprehendenda prompta
& parata esse probatur, cùm tamen non ita velit ab aliis judi-
care, quomodo vult altos judicare.

Ita est prorūs; alteri alteros temeratis judiciis con-
tinuè flagellamus. Neque in ea tantum, qua mali spec-
iem præle ferunt, sententiam proferimus, sed in ea
etiam quæ benignam interpretationem non tantum
admirantur, sed & exigunt, iniqui judices sumus. Quan-
tum Roma vetus in Fabio Maximo hallucinata estat-
tum, nec minus in Minutio. In hoc temeritatem pro-
fortitudine, in illo prudentiam pro timiditudine graviter
averatata est. Una tamen hora docuit, multitudine esse
proprium, nihil sapere, temerèque judicare, ut ubi con-
silio est opus, eventum requirat. Sed omitto profana,
quando facis testibus abundamus.

Cum Moses ex Æthiopâ uxorem sibi accepisset,
mox soror connubium hoc male interpretata, frater
mordaci judicio perfrinxit. Neque sanctissimus rex
David suæ conjugis acerbissimum judicium potuit
evitare.

Si quis patrii moris ignarus aut libidinosus, vidisset
Jacobum ad fontem Racheli ferentem osculum, de la-
sâ castitate haud dubiam haufiller suspicione, aut Ja-
cobum sibi similem, hoc est, libidinosum judicasset.
Quis Juditham adeò compœam in Affyti Ducus caltra
properantem intuitus, non simul pessimè de illâ fuisse
suspiciatur?

Longè aliter Josephus, ille beatissimæ Virginis ca-
stissimus sponsus. Ut erum gestabat D O M I N I mater,
eterna Virgo, Josephus quia conjugem suam Angelo
similiorum norat quâm homini, in eam sententiam ad-
duci non potuit, ut ab eâ quidquam contra conjugi fas
actum crederet. Ita rem omnem judicio divino com-
mendabat. Et quamvis argumentum ab oculis validissi-
mum movendâ suspicione urgeret, hujus tamen arcani
judex esse nequaquam fuit. Et verò Christus ipse,

A jam morti proximus, cùm immanissimum facinus illo-
Sic Chri-
rum qui se crucifixerant, negare non posset, excusavit ^{stus cruci-}
malitiam, & scelerum nefandam seriem miti nomine ^{figendum}
excusat
malitiam.

Ita omnes verè Christiani, cùm factum non possunt,
intentionem excusant: cùm nec intentio videtur excu-
sabilis, sibi tamen judicandi auctoritatem non sumunt,
sed id omne omnium judici Christo transcribunt. Hi ^{Thomas à}
sanè norunt quâm verè dixerit religiosus ille scriptor: <sup>Kempis l. 1.
In iudicando alios, homo frustra laborat, sèpè errat, & le-
viter peccat.</sup>
<sup>de Imitat.
Christi
6.14. na. 1.</sup>

§. III.

NArrat Anastasius Sinaita, fuisse hominem in cœ-
nobio, veste quidem religiosum, moribus tamen ^{de sacra}
minimè probatum, ut qui plurimum vitæ per otium & ^{Synax.}
torpore exegit. Venit is ad extrema, sicutque vicinius
morti, nihil tamen formidinis aut horrois ostendit. Sol-
licitos hoc habuit adstantes, qui male metuebant ho-
mini, ne vitæ parum emendata clausulam apponerebant
non bonam. Itaque presentium cordiorum unus: Mi-
frater, inquit, quâd defidâ hucusque vitam egeris non
nescimus, & ideo miramur, unde tibi hæc securitas tam
periculosa: genitus & lacrymas hoc sibi tempus poscit,
non intempestivam hanc letitiam. Ad hæc moribundus:
Ita est, Patres, nec ego nego, inquit, vitam traduxi
turpi scordiâ, nec ulla tam virtutes numero. Verum,
hac ipsâ horâ, omnium noxarum mearum chirographum
attulerunt ad me Angeli, & verò etiam intro-
garunt, num meas esse agnoscere: Quibus ego: Agno-
fco, inquam, & doleo. Unicum tamen est, quod judi-
cem mihi promittat mitiorem. Ex quo monachum in-
dui, nisi me fallat memoria, Neminem unquam judicavi,
ne illius injuria meminisse volui. Obscurò igitur, mihi reo
patrocinante verba D O M I N I dicentis: Nolite judicare,
& non judicabimini: dimittit. & dimittetur vobis. His au-
ditis, Angeli peccatorum meorum chirographum lace-
rarent. Hinc ego nunc hilaris & spes bona plenissimus
in Orben alium migrabo. Hæc ubi moribundus frætâ
voce narravit, extrema vitæ spiritum edidit placidissi-
mè. Et ne meam hinc fidem appelles, Lector, en eam ^{Baron. 10. 8.}
signatus tabulis exhibeo. Tanti est, o Christiani, tanti est ^{Anno 599.}
vel unicum hoc velle & posse, NEMINEM IUDICARE. ^{num. 14.}
Plurimum poterit apud judicem Christum, quisquis
poterit non judicare apud seipsum. Ergo, Nolite judicare. ^{Lue. cap. 6.}
re, & non judicabimini. Quisquis errare metuit, judicare ^{vers. 37.}
formiderat.

Sed quis est qui hos errores velit caverre? Precabatur
olim Anna, & ardentes preces largissimis distinguebat
lacrimis. Vedit hanc Heli Sacerdos, & precantis os ob-
servans, atque temulentam ratus: Vñquequo ait, ebria eris? ^{Reg. cap. 10.}
digere paullisper vinum quo mades. Iniquissimo judicio fe-
cisse ^{et seqq.}
riebat supliciosus hic fene optimam feminam, quæ cym
effet amaro animo, oravit ad Dominum flens largiter. Porro
Anna loquebatur in corde suo, tantumque labia illius move-
bantur, & vox penitus non audiebatur. Hunc orantis habi-
tum considerans Sacerdos, judicavit illam probè appo-
tam, vano labiorum motu demururare verba. Tam
falsum quān temerarium judicium; nec illo minus tale
quod sequitur.

Miserat Hebreus rex David ad Ammonitarum Prin-
cipem, qui suo nomine dolerent obitum parentis nuper
defuncti. Credidit ille non officii cauſâ ad se missos,
sed ut sua omnia explorarent. In hanc sententiam deduc-
ctus, barbam iis qui missi fuerant, contra ius gentium
abrasit, & vestes turpiter circumcidit. Temeritas in-
gens, & quæ non impunè illi cœsit. Enimvero legis
barbam admittit, sibi autem regnum. I, nunc, & optime
mentis consilia pessimè interpretare. Pulchre Gilber- ^{Serm. 40. in}
tus: Et prava intentio, inquit, & perversa interpretatio, ultra- ^{Cant. fine.}
que malignatio est; ut aquæ felles, utraque falsa, nihil habens

Christus
crebra &
iniqua
subiit ju-
dicia,

Ioan. c. 10.
vers. 20.

Nec mitio-
ra judicia
in ejus di-
scipulos
ferebatur.

Nullus te-
merarius
judicum
subsellia
potest ef-
fugere.

Serm. 147.
de temp.

cum columbarum naturâ communâ. Oculi columbarum sunt, A qui nec feli volunt, nec fallere norunt.

At Christus ipse, actionum nostrarum omnium multo excellentissimum exemplar, heu quâm crebra, quâm & iniqua subiit judicia! Pharisei captatores acerimi, censores impudentissimi, nequissimi judices assiduè in speculâ exubabant, si quid forte in verbis facti que domini deprehenderent, quod inviso dente lacera- rent. Scipium subinde non vocatum ad coenas invitabat Servator: mox è sua specula proclamabant Pharisei: Ecce vobis prophetam, vini amantem, acommodatorem, mensarum aseclam. Cum dominus nobilissimam illum de pastore & oviis dissertationem institueret, multi auditorum non verebantur dicere: *Demonium habet, & insanis quid eum audit!* Si cui Christus Sabbato valetudinem restituisset: mox iterum è specula sua prorumpebant Pharisei, & En, clamabant, hic homo Sab- barum audacia manifestâ violat. Quidquid demum egisset aut dixisset Jesus, Pharisea gens quâm primum malignissimam interpretationem apponebat. Nec mi- tiora judicia in domini discipulos ferebantur. Cum fame adacti spicas vellerent, cum manus superfluitosè non lavarent, cum jejunium non ut alii obseruant, mox rigidâ censurâ notabant: cum denique divino spiritu afflati facundissimè simul & constantissimè de Christo rediuvio perorarent, fuerunt qui nequissimâ crisi facundiam hanc cavillati dicerent: *Quid miramini? secundi calices hoc possunt: boni viri largius obbiben- tes immoderunt multo; hinc tam disertu.*

§. IV.

Nemo est qui hæc temerariorum judicum subsellia possit effugere. Si quis paullò lauatore vestitu incedat, mox eum ad judicium raptamus, & more nostro quærimus: Unde huic quoâ tantum artis est, ut sic ad omnem pompanam sese exoriat? credibile, ipsum & dominum ipsius ex eodem vivere maruspio, & quod domino subtrahitur, in vestes expendi. Si quis triptore vestite contentus, curam omnem ad mores transferat: mox adsumus, &c. O hominem avarum, dicimus, nec sibi nec aliis bonum; ut numis parcat, vestitum obsoletum ac humilem probat. Si quis Confessionis & Communio- nis Sacraenta plus alii frequenter, mox eum censurâ & calumnia sequuntur, nec desunt qui dicant: En simu- latam sanctitatem, alii non minùs nequam est, sed alii fingit se esse quâm sit. Si quis crebris inediâ se macteret, mox sibili & note: En abfinentem Phariseum, ut laudetur, elutrit. Si quis fractis viribus & incommoda valetudine jejunium indiciatum non observet, mox iterum perissimæ voces, & nigrum theta: En hominem gulonum & ventri natum, qui ab unius diei inediâ mortem metuit. Si quis solitudinis & silentii aman- tor, vitam cogitet religiosam, brevi adest non unus tantum, qui cum his vocibus lapidet: Otiu seculatur iste, & bonus dies, labor ei sordore coepit, aut desperatio illum ad hæc consilia protrusit. Si quis pravorum sodalium fugiens, moribus vivere sanctioribus conetur: hæc variâ & inconditi clamores oriuntur; illi adulatore, hypocritam isti, misanthropum alii nominant. Nemo tatus à volubilis his pugnibus, quibus multorum nomen turpiter configuit. Si quis cogitationibus suis immeritus transeat nec aperias caput honoratori, illico proflit judex, &c: En, excludat, fastum hominis & grande supercilium! Si quis obvium amicum non salutet, aut duriusculum se faciat, in promptu est accusatio, & judicium: En, vociferantur, quâm iste odium & hostilem animum non dissimulat, en quâm deditigunt nosse pauperes! Verè Augustinus: *In homine, inquit, car- nali, tota regula intelligendi, est consuetudo cernendi.* Sanctus Greg. lib. 3. Cassius Narrienis Antistes, vultu fuit rubicundior, dial. cap. 6. mox cum Tota Sacerdotem potulentum judicavit. Ut

autem omnibus liqueret judicii hujus falsitas, Cassius in conspectu T otiae, famulum ejusdem à malo dæmo- ne infellum, signo crucis liberavit. Vitalium integræ Fas- mæ vitæ monachum lupanari egredium, colapho ex- pellit homo temerarius: at mox deformis æthiops col- phum illum liberaliter rependit, & ipse viri sancti per- cussor furis agitantibus amens & spumans, tandem ad ipsum Vitalium perductus est. Vitalius omnem inju- riam sanctissimâ obliuione obliterans, hominem ad cap. 15. impuro genio vindicavit. Interim ali curiosiores rugi- rum Vitalii lustrantes, in chartâ repèrere per- pulum: *Vix Alexandrini, nolite ante tempus judicare, quod- usque veniat Dominus.* O vocem in concionem omnium mortalium emittendam! Nolite judicare, nolite, ô viri Monacenses, viri Augustani, viri Ratibonenses &c. ju- dicare nolite.

Nihilominus, ab quoties, quâm temerè religiosorum hominum exerit & judicantur & dianantur, tam sa- perbiæ quâm avaritie, & aliorumque vitorum? Quâd quis ore prompti & audaci, hoc severior in eos iudex decretoriæ sententiam pronunciat inexorabilis; de- fensionem non admittit; rationes non audit, nemini nisi sibi aut sui similibus credit. Verè, *Et nos in vitium credula turba sumus.*

Hinc fulminatrices illæ judicium voces: Crux super- bo huic Jesuitæ; avarum illum Oeconomum ad le- nem; ad ficas Gemonias improbum hunc monachum.

O mortales, quantum supplici vobis imminet ab his A tem- judicis? Orbem pene totum ad interitum trahunt, & tis ful- impudicus Venus, & temeraria Cris: illi incontinentia cits com- homines & libidine furunt, isti judicij supercilio in oris per ad inveni alienos lapsus leviant. Adeò vafer est diabolus, ut quos trahant velut sanctiores ad spurcum pecudum volupatatem per- trahere nequit, hos temerarii judicij confusuridine facilius irretiat. Nemo fere est, qui alii hac in re notit parcer. Quanti reperiuntur qui ubi vis locorum erant miniatulam, tanquam omnium censores secum circum- ferant, & ubi demum quod displicat vident, audiun- ve, mox miniatulâ illud insigniant.

§. V.

AT dixeris: Si quid narrat fide dignissimus, si quid his meis oculis videam, si quid audiam his ipsiis auribus meis, nihilominus sententiam promere non audeam? Non audes, mi homo, natu & sic falli potes, & ante se fali sunt hac ipsi ratione innumer. Ad Pastorem presbyterum venit religiosorum quispiam, rogavitque veniam sibi daret è cœnobio migrandi, nolle enim le- cum fratre illo qui tam male audiret, diuinus versati. Cui Pastor: Ne facilè, inquit, malum credideris, quod audiisti. Ille contra è viti fidelissimi relati id se accepisse, & ideo abitionem urgere. At hæc optimè Pastor: Si, inquit, fidelis es, nunquam id tibi dixisse. Sustinu- rem & detractorum nequicium dextrè notavit. Sed li- ceat quipiam ipse videris & audiveris, tu tamen (ni tu offici sit) judex in vifa & audita esse non poteris. Si fa- pis, dices: *Hoc esse factum scio, quo id animo, quâ in- tentione, quas ob cauſas, quibus impulsibus sic factum, nescio.* Si tamen (quod fieri non potest) omnia tibi li- quid forent per cognita, tu nihilominus subfringe judicium, & Dorotheo monente, dic apud te ipsum: *Serm. 1. Hem mihi, quia ille hodie deliquerit, ego forsitan crastinâ stare mihi videor, cras forsitan casurus. Et illum quidem fors facti jam pœnituit, quod mihi de me polliceri fane non possum. Bernardus: Etiam, ait, perperam actum quid Serm. 1. deprebendas, nec sic judges proximum, magis autem excusa. Can. 1. Excuse intentionem si opus non potes: puta ignorantiam, pata- subscriptionem, puta casum. Quod si omnem omnino disimula- tionem rei certitudine recusat, suade nihilominus ipse tibi, & dicito apud temetipsum, Vehemens fuit nimis tentatio. Quid de me illa fecisset, si accipisset in me similiter pœstatem?* Lex

Lex Christiana non tantum imperat: noli furari, noli fornicari, & noli judicare. *Qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non judicet.* Mirum, ter mirum, nos miselli ad abfusiflum angulos nostris peccoris penetrare non possumus, & tamen parietes perfodere, atque aliena secreta scribantur tentamus; in nostris marcente ac hebeti visu sumus, & vel continuo cœcūtum nobis oculi (nám delicta quis intelligit?) & tamen alieni peccoris penetratia eminus perevidere, & de iis iudicium ferre aggredimur. Hic ego cum Chrysostomo vociferor: *Vitam tuam, ô homo, amaviderate, in tuam ipsius conscientiam descendit.* Quid videt festuam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides. Aut quomodo ducit fratri tuo: *Sine ejiciam festuam de oculo tuo, & ecce trabs grandis, trabs ingens est in oculo tuo.* Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere festuam de oculo fratris tui. In qua verbo Chrysostomus: *Qui tam acer, inquit, in alienis fusi,*

A plusquam dici potest, tēmperari, qui nostro iudicio æternū judicem prævenire non formidamus. Veniet Christus, ut iudicet Mundus; quisquis prævenit, non Christus, sed Antichristus est. Magistratus interpres Dei sunt, neque illis, tanquam divinis oraculis, de quoque, nisi quod auctore Deo cognoverint, pronunciare licet. Si aliter faciant, siisque affectibus serviant, iudicium & ipsi severissimum subiungunt. Hominibus, ut hominibus, iudicare verū.

Prohibuit Deus in prisca lege, Sacerdotem de lepra
judicium ferre, ante diem septimum. Tanta res mora
fuit in discernendo morbo, qui tamen oculis cerneba
tur: & quomodo permitter bonus hic Deus, ut alter alterius
judicere intentionem, quae nulli patet oculo, nisi
divino?

Fr̄deris Arcanū non violarunt Bethsamitæ, sed paulo curiosius sp̄etarunt: at suam hanc curiositatem, quæ levissima poterat videri, aut etiam pia, supplicio tamen B luentur longè gravissimo. Nam è primoribus septuaginta, è plebe quinquaginta millia hominum unā strage perierunt. Quantò majus arcana, obf̄cto, est Cor humananum, quām arca illa lignea? Et tu tamen, quisquis es, temerarie, hoc Dei archivum non curioso tantum oculo, sed improbo iudicio revelare audes, & aliis etiam in sp̄etaculum vel irrisum proponere?

Liberimè h̄c juxta & verissimè Chrysostomus: *Si Tom. 5. l. 1.*
nullum, inquit, peccatum *quibus* aliud fūsset admissum, pro *de compāct.*
hoc solo gebenna nos tradi, satis abundeque sufficeret. Quippe *cordis, circā*
qui in aliorum delictis & *amarissimis* judges residemus, *med.*
nostras autem tristes, oculi infixas propriis, non videmus: qui
aliena etiam minima sollicitus perfringuntur, & ad condem-
nandum ceteros, omne vita nostra tempus absumimus: a quo
vita neque sexuali hominum, neque monachorum ullam facilè
invenies liberum; Et quidem cùm tanta sit in hoc posita commu-
natio. Divina enim sententia: *In quo iudicio judicaveritis, Matth. 6. 7.*
etiam ipsi iudicabitini. Cing ergo modi hujus pena quidem
tanta *severitas*, libido vero aut voluptate, ut in ceteris solet pec-
catis, ex hoc nulla sumatur, omnes tamen fessimi ac precipites
huc se virio subiugant, tanquam *studium* nobis & corta-
men esset propositum, quis ad hoc malum prior omnium per-
veniret.

§. VII.

TAM autem fœdum est hoc & grave quam **com-**
mune ac usitatum flagitum. Totus Orbis laborat
extituli hac, sed suavi peste. Iucundum est & volupte ple-
nsque omnibus, tam licente censurâ quoqvis notare. Ita
vix ullum est vitium in hac vita frequentius, nec in illâ
vix parte densior existit humanae mentis caligo, nul-
quam major ignorantia. Nam incerta pro certis affi-
mannis, aut si certa sint, ad nos certe non pertinent; aut si
pertinent, occulta pro manifestis judicamus; aut si
etiam manifesta sint, quo tamen animo ex facta sint,
ignoramus; nihilominus tanquam perpetuam facta per-
sequimur. Et eo sepe audaciae progredimur, ut ob uni-
cum proditorem Judani, omnes Apostolos, totum
Christi collegium; ob aliquot malos Praesules, omnes
Pontifices, & Episcopos; ob religiosos aliquot exeges,
torem religiosorum cœtus; ob aliquot improbae vita
cerdiores, Clericos omnes & prelbyteros; ob discordes
aliquot conjuges, omnes matrimonio junctos; ob infâ-
mes aliquot virgines & viudas, omnem cælibem vitam;
ob mercatores aliquot injustos, omni mercimoniâ; ob
perditos aliquot cives aut opifices, totam civitatem; ob
paucos Senatores aut Consules non bonos, totum Se-
natum; ob principes aliquot, Reges, & Imperatores il-
laudatos, omnia magnatum fastigia, iniquissimâ teme-
ritate damnemus. Heu nimium hic audaciae sumus, &

Ergo, quod praeclarissimum Seneca monet: *Tollenda Lib. 2. de ex animo suspicio & conjectura, fallacissima irritamenta: Tr. cap. 24.*
Ex animo suspicio & conjectura, fallacissima irritamenta: Tr. cap. 24.
Ille me parum humanè salutavit, alle inchoatum sermonem ci-
tò abruptus, ille ad orem non vocavit, illius vulnus aversior vi-
sus est. Nunquam deerrit suspicione argumentatio; simplicitate
opus est, & benigna rerum estimatio. Nihil nisi quod in oca-
los incurrit, manifestumque erit, credamus: & quoties suspicio
nostra vana apparuerit, objurgemus credulitatem. Hec enim
castigatio conseruendum efficit non facile credendi; addo, ad creden-
tiam temere judicandi. Porro ii qui de omnibus male dūm & ju-
diciandū
Obiurgāda
credulitas
ne simus
prompti
ad creden-
tiam temere judicandi. Porro ii qui de omnibus male dūm & ju-
diciandū
les sunt cucurbitule medice, quæ èo tantum facta est,
ut impuriorem sanguinem eliciat: ita temerarii hi judi-
ces, optima relinquunt inacta, si quid autem inter alio-
rum virtutes non laudandum, si quid in aliis pravi con-
filiū latet, in lucem, ut purant, protrahunt; simil omnia
victiorum virtutumque nomina turpissimè confundunt:
Demissi animi hominem, inertem aut simulatorem vo-
cant; pie simplicem, fatuum; sobrium, nimis austernum;
abstinenter, delirum; seruum, in delinquentes, crude-
lem; ingeniosam quieti vacancem, ignavum appellant;
providum, cunctatorem & timidum nominant; parcum
avaritiam notā insigniunt; fottis & magnanimus illis con-
tentiosus est; taciturnus pro illiterato habetur; mode-
stus, infaciēti nomine infamat: Contrà verò adulato-
rem pro amico venerantur, & adulacionem, amicitiam
interpretantur; temeritas ab iis sub titulo fortitudinis
laudatur; temulenta sub hilaritatis schemate commen-
datur;

De rectâ intentione Lib. II. Cap. VII.

490

datur, pro cœto timidas; pro cœto pro liberali sordidus & inhumans pro parco & frugali accipitur; avarus industria fert nomen; invidus & iracundus in magnanimitatum societatem transeunt; ambitiosus & turgidus inter generosos censemur; fraudulenti prudentium, superbi constantium, garruli & lascivi affabilium titulos fortuntur; cestatores otiosissimi, inter quietos, velut Dii referuntur.

Judicii temerarii magna interrogatur.
Deo iugia.

Sûlsque déque omnia vertuntur his judicis tam temerarii, quibus magnam irrogamus Deo injuriam, nam temerari nobis arrogamus quod ad solum Dei tribunal spectat. Et sicut in Reipublica damnum insigne cedat, si quisque sibi judicis auctoritatem assignet, controversias inter cives ortas suo calculo diremptus; aut si profani tribunalis judex hominum sacerorum causas vi ad se trahat: Sic temerarium proflus est, Christi judicis (cui soli perspicillissimum, quo quaque animo fiant) officium sibi minimè commissum liberimè usurpare.

Iust. cap. 4. Vnus est Legislator & Iudex, qui potest perdere & liberare. Tu v. 12. & 13. autem quis es, qui judicas proximum? Tu domini tua cadaver habes, cui lacrymas tuas impendas, & tamen domum alienam queris, ut in ea mortuum defreas. O miser,

I nunc, & noctes disce manere domi.

Tuos prius defle mortuos. Noxalta ignorantia te premit in cernendis rebus propriis, & tu tibi diem polliceris in alienis?

Iob cap. 13. verf. 8.

Et quæ hæc audacia vestra, Christiani, Nunquid faciem Dei, quasi larvam, accipitis, & pro Deo judicare nützum? Et quæ turpior sit temeritas, quam abditissima illa, ut est intentio, quæ nemini unquam præterquam suo Domino satis cognita esse potest, judicare? Quis enim hominum sit, quæ sunt homini, nisi spiritus homini qui in ipso est? Ipso & ipsiusmet homini spiritum multa prætereunt, quæ divinus solum spiritus novit, cui omnia.

I. Reg. c. 6. verf. 7.

patenti peccatoris penetralia. Homo vider ea quæ parent, Dominus autem invenitur cor.

Rectissimum Franciscus Assisius Seraphicus, comitis sui oculos in alienum mentem audaciū immisso sic retraxit. Iter egit Franciscus, & obvium habuit in viâ hominem vultu lirido, & seminudum. Ingenuit alium hoc aspectu vir sanctus, doluitque sibi non largissimam stipem suppetere. At Frânci comes: Quid, inquit, moerore afficeris pater? egeat indumentis hic homo, at forsan concupiscentia abundat? Franciscus ad hæc seriâ fronte: Itâne frater, inquit, sic te de aliis judicare? tuam illi vestem quamprimum ha, sed & abi, atque ad hominis genia supplicem te provole, ac diu in veniam pete. Ita dices in posterum non tam temerari ferre judicium. Optime factum: Dominus invenitur cor, non homo.

VIII.

Cum ergo humanus oculus ad hæc interiora minime pertingat, is qui temerari judicat, ultione non humana homines, sed divina flagellat. Super quo que-
stus Job: Quare, inquit, persequimini me sicut Deus? In dō-
cumento 22. Job cap. 1. verf. 9.

stus Job: Quare, inquit, persequimini me sicut Deus? In dō-
cumento 22. Job cap. 1. verf. 9.

lib. 19. mor. (que) Gregorius obseruat quod nostram judicandi prouissimum temeritatem cohereret, in Sodomæas turpitudines & flagitia, non prius sententiam pronunciare voluit, quam undeque ad amissum omnia exploraſſet. Ideo: Descendam, inquit, & videbo utrum clamorem, qui venit ad me, opere completerint, an non est ita, ut sciam. Quâ loquendi ratione declaravit Deus, se non relatu solo, aut levibus conjecturis, sed rebus penitissimè perspectis in ius vocare.

At nos, non Dii, non Angeli, neccum beati, sed homines vanissimi, tribunal hoc non modestè concendi, sed impudenter invadimus & irruimus; si quis

A obſter, irrumperimus vi, & occupamus. Ita de occultis alſeveranter, de incertis confidenter, de ambiguis indubiranter, de plurimis ad nos nihil spectantibus arroganter, de omnibus denique prævè & impè judicamus, cum mitissimi sumus, minimum ſuſpiciamus. At hæc ipſa ſuſpicio, judicium eſt, ſed non nihil dubium, & le-
vibus conetur nixum.

Hanc autem tam temerariam ſuſpicandi ac judican-
di conſuetudinem, ingentia ſequuntur dama. Quis conſequi-
quis ita judicas, perſpicillissimus eſt, tibi gravius imme-
re judicium, non ab hominibus tantum ſed ad Deo, dama.
Ut enim per aata tua diligenter examinentur, ait Chryſolitus, legem prius ipſe poſuisti, ſeveriſſimè de his, que proximum pa-
caverat, judicando. Fidelis hæc monitor etiam Bernardus, Ita clemens eſt, inquit, in aliena delictis ſicut in tuis, nec quem-
quam diſcretius quam te judicas: ſic alios judicas, ut ipſe judi-
cari cupis. Lex tua te conſtrigit; judicium quod alii imponi-
ſe portabis. In quojudicio judicaveris, judicabimini.

Phariseus qui unâ cum Publicano templum ſubie-
rat, & preceando quasi certaverat, vietur & damnatus eſt, non quod Deo pro beneficis gratias egifit, ſed quod Publicanum temerari judicaverat, impium eum arbitratus, quem penitentia jam expiaverat. Atque ut præceps hoc judicium ipſi Pharisæo plurimum ita nihil Publicano nocuit. Sicut ſapientia, inquit Augustinus, judicandi L. 1. b. temeritas nulli plus nocet quam ipſi judici. Pulchre dixit ab-
bas Pastor: Sunt quilinguan contineant & ore ſileant, P. 1. b. ſed quia intus non tacent, & corde judicant, ideo ſine ſel. 10. ceſtatione garriunt, ſed neminem juvant, & ſibi pluri-
mum obſunt. Et fit frequenter ut in eadem incidamus ipſi, quæ prius damnaveramus in aliis, ut vel ſic infanta noſtra diſcar erubefere. Ita ſenex ille Machetes (Caf-
fiano memorante) in ſcipium queſtus: Reprehendi, oje-
bat, frates meos in tribus, & in iſdem ipſe graverit de-
liqui.

Illud verò frequentissimum, ut qui tam lyneus ju-
dex eſt in culpis alienis, it ſuis noctua ſit & talpa. Fethu-
culam alieno inhaerentem oculo educit foleritissimè, tra-
bem eſt ſuo tantum abeft ut eximat, ut nec quidem vi-
deat. Hic temerarii judicij mō eſt, nemini parere, ob eft & cul-
vium quemque censurâ perſtrinere, pefima queque pa-
de aliis ſuſpicari, omnium intentiones rimari & exani-
nare, ſeipſum penitus ignorare. Quod deplorâs Grego-
rius. Stulti tantò intenti, inquit, de aliis judicant, quando-
ſua profundiſſi ignorant. Siracides veriſiſime: Per fatu fa-
ciliſ, inquit, in domum proximi. Quia ſuis negleſtis, ale-
nas godes irruit & ferutur.

Huc omnino ſpectat, quod de comitiis Athenen-
ſium quipiam olim dixerat: Sapientes ac docti pro-
punt, in docti verò ac ſtulti judicant & decernunt. Idem
hæc fit. Homines modesti & prudentes plurima quidem
obſervant, ſed judicium ſemper continent, & ſubſt-
tunt ſtolidi & temerari paucia capiunt, & omnia con-
tinuò judicant. Evidente hoc indicio, à fatu faciliſſi-
mum eft diſtingue modesta sapientia, viros ac femi-
nas. Et quemadmodum apes calo pluvio, & ſparis per
aërem nebulis, in alvearia conſidio mellis ſe recipiunt,
ita homines bona mentis, & oīis minimè venenari, in
ſeipſos deſcedunt, ſecum ipſi habitant, & optimarum
cogitationum mel faciunt, nec in apertum ſuo periculo
evolat, cùm in rebus humanis omnia plena nebulas
cernant. Rectissimum proſuſis: quid enim denſioribus ne-
bulis involutum quam humani cordis intentio? Sermo-
nes audimus, actiones cernimus, intentiones latentes, nec
ullius lyncei oculi ad illam unquam penetraverint. Quid
quid agant homines, intentio judicat omnes.

Ictericis, & iis qui regio morbo laborant omnia vi-
dentur eſſe cerei ac flavi coloris. Huic ſanando morbo temerarii
chelidonium plantæ pedis ſuſponitur. Noxa hæc iudicatur, eiſe-
ciaria temeritatis. Icteros eſt animi, que omnibus hoc & quod
morbo laborantibus, non ſuo, ſed maligno colore om-
diciuntur.

nia representat. Qui sanari cupit, à pedibus suis, hoc est, à suis affectibus medendi ducat initium. Affectionum in alios non morosum, non difficultem, non stomachosum, non odiosum, non inhumanum, non hostile gerat, sed potius mitem, benignum, facilem, qui omnia in molliore conterat/interpretatione, qui vitium oderit, non virtutum, qui dicat: Alia erit ipsius & melior intentio quām si actio; sed erraverit, fors illius erroris jam paenituit. Nobilissimum hoc misericordiae genus est, non tam dando multa, quām nihil, judicando benevolu[m] fealtati præbete. Qui succum Ophiuse Äthiopicæ bibunt, serpentes à se & nescio quæ terrifica monstrantur vi- deri: Qui superbiae ambitionis, invidiae aut odio succos haerent, omnia quæ viderint & audiverint, carpent & damnabunt, scipios dumtaxat mirabunt & extol- lent, tam sibi ipsis pretiosi, ut dicere non vereantur: *Luc. cap. 18. Non sum sicut ceteri hominum. Morbus hoc ipso pessimus, vñ. 11. quod plerumque spernat remedia.*

§. IX.

p. Cor. 4.4. vñ. 1. Quid & D. Paulo in- canticum ch. **E**T hoc est quod divinus Paulus gravissimè inculcat, hoc illud est quod acerrimè nos dehortatus: Ita- quenolire, clamatis, nolite ante tempus judicare: quod a dñs que ve- nias Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Quid judicari præproperi- lis etiam pender, & tota est sub judice. Adhuc dum fecerissima queque consilia cordium in archivio di- latent, quo nulli hominum accessus; nondum dies di- cūs, nequam prædicti testes, aut peroratae caussæ. Sed si tempus dicendi juris, non tamē hoc vestrum, sed Dei est; Deus illuminabit abscondita tenebrarum. Tantisper ergo, dum judex omnium adiit, judicis vestra continete.

Hoc idem Christus ipse contentissimè vociferatur: *Nolite judicare, & non judicabimini: nolite condannare, & non condemnabimini: Dimittite, & dimittemini. Ergo, Noli- te judicare, nolite dicta facta dubia finitè interpre- tari, vel delicta levia exaggerare, vel crimina eti certa divulgare, vel calumnias benefacta impetrare, vel delin- quentem desperata salutis proclamare: nam hoc teme- rē judicandi vitium Pharisæi est familiarissimum, qui sibi omnia ignoscunt, nihil aliis: Nolite judicare, nam quisquis in alios curiosus, severus, iniquus est censor, tales experitius censores & sita vitæ, quās ipse fuerit alienus: Nolite judicare, alioqui subiendum erit vobis apud Deum quoque judicium exactum, severum, rigi- gum: Nolite judicare, nam a dñs benignus est Deus, ut vel hoc ipsum NOLLE vestrum amplissime remunerat ius- sit; hoc vestrum erit premium, Non judicabimini: vos Or- bis iudex, non ut reos gehennā damnandos, sed ut amicos celo donandos humanissimè affabitur die omnium supremo.*

Asceratum aliquis Josephum abbatem interrogabat in hunc modum: Quid obsecro, mi Pater, faciam? Iti- pem quam largas non habeo; tor molestias ægerimè tollero, quid ergo mihi faciendum suades? Ad hæc Josephus: Si horum, inquit, nihil possis facere, hoc age, & ne- minem judica: multum fecit, quisquis hoc potuit. Sed quām multū fuit, qui hoc, eti facillimum, nolunt posse. In quos Chrysostomi merito exandescens, in illa Do- mini verba, *(Nolite judicare,) sic differit: si ergo non per unam, sed per omnes, ut ita dicam, vias, & per omnes aditus cur- rimus, & festinamus occupare gehennæ ignes, & non solum pro his, quæ laboris aliquid & continentia videntur exigere, proni- inve a rūmis, sed etiam pro iis que levia sunt, & neque necessi- tatis aliquid, neque illecebra quidquam continent aur volunta- tis, pari linea utroque prævaricationis damnatur. Arguimus enim ex his facultibus & levibus, quid etiam in illis quæ viden- tur laboriosa esse, propriā ignavia, defidūque delinquimus. Nam, dñs mihi, quid laboris habet, ut non judicis alium, neque peccata aliena discussias, neque condemnes proximum tuum? ino verò magis in discussendo & perquere non aliena commissa labor est,*

A & judicare de alterius mente, summa difficultas. Quis verò hoc audiens credere aliquando posset, quid cum possumus sine labore servare mandatum, laboramus, & nitimur, ut prævaricemus. Si per orium & negligientiam peccaremus, effet fortasse aliquid re- nia his qui labore nequissent. Vbi verò laboratur ut peccetur, studiūmq; adhibetur & contentio, quatenus prætereatur man- datum, quis sibi pro hoc malo veniam speret? Hoc enim est contendere adversus eum qui præcepta dedit, & bellum legibus eis inferre.

Ex hac Chrysostomi ratioinatio liquet, illam ju- dicanter temerariem eâ de causa inter graviora flagitia temerariū censeri, quid ea legem servata facillimam procaciter confetur inter gra- viora flagi- petravit, jam obtemporavit legi. Quid si te tanta judi- canti libido stimulat, audi obsecro eundem Chrysosto- Hom. 21. fine mūm optimè suadentem his verbis: *Vt is judicare tu a iudi- sp. ad Hebr. ea. Nemo accusat si te ipsum condemnas, accusat autem si non judices, accusat si te ipsum non arguit, accusat stuporis. Vides B quæpiam irasci, irritari, aut aliquid aliud facere grave & in- dignum: statim etiam tu quoque cogita, que sunt tua, & ita nec illum valde condemnabis, & a peccatorum onore te liberalis. Si sic vitam nostram componamus, si eam sic exerceamus, si nos ipsos condemnemus, non peccabimus; multa autem bona & pre- clara faciemus, si mitis simus & modeſti.*

Hæc de judicis temerariis necessariò erant interse- renda. Et pene certū, quid quis minus suam examinari- tione, tantò proutis judicari alienam, sed suo danno, quod plerunque tantò est gravius, quid minus sentitur.

C A P V T VIII.

Quæ sit rectæ intentionis Praxis.

Mathematicis figura rotunda omnium perfectissi- ma est, cujus idem & principium, & finis est: Actiones hominis nobilissimæ sunt, quæ uno gaudent Actions & principio, & fine, Deo, Reisque honore. Qui tam pū- hominis ram & candidam mentis sinceritatem actionibus suis uno ga- omnibus induit, nunquam non plurimū emeretur, & principio alius possit anno integro. Sanè oblata Deo, uti *Salvia* Deo, Dei in- nus loquitur, non pretio sed affectu placere. Hoc est honorare. Phil. Bofq. quod egregie Theologus ille dixit: Christianos non per verba, sed per adverbia calum adipisci; cum non tam at par. 4. Acad. tendendum, ut actio bona sit, quām ut bene fiat: neque enim *jejunare* solum, aut orare & elemosynas dare, aut aliud præclarri quippiam patra, calum obtinet, sed re- cete jejunare, bene orare, piē elemosynas dare, omnia sancte facere: dupli Elias spiritu, geminis bobus ad portandum Arcam, duobus pullis ad perficiendum sacrificium est opus, scilicet opere bono, & bonâ intentione.

Ceterum restat exponere, id quod in rebus animi & salutis præcipue spectandum, ut scilicet non tam labo- remus, quā ratione salubris monita capiamus, aut me- moriae tradamus, quāmodo quo modo audita in opus edu- camus, & sic ista discamus, ut que fuerunt verba, fiant *Seneca* opera, & ut institutione præbemus rebus. Facere do- opif. 20. cete lex Christiana, non dicere. Ergo hoc jam agamus, & in initio quo modo re ipsa actionibus diversis, intentio jungenda fit, exponamus.

§. I. Ad auspicium diei.

INnitum ergo sumamus à lucis exordio. Prima om- nium cogitatio quovis die ad Deum eat. Praeclar. Lib. de di- Laurentius Justinianus: *Prima vox, inquit, prima cogitatio, scpl. c. 10. primus affectus divinam resonet laudem, & illi se sincero corde In lucis exordio committat. Atque si de verbis agatur, haec esse possunt: prima vox, O mi amantissime Deus, totius diei huius actiones, ad gloriam & affectus & honorem tuum tibi offero, In nomine Patris, & Fili, & divinam Spiritus sancti, Amen.*

Addi potest:

O bone Iesu, per passionem tuam terrogo, ab omni præva- tione, hac die me conserva.

Nec

De recta intentione Lib. II. Cap. VIII.

492

Nec aliud quam hoc ipsum forni principium sit. Neque enim sine culpâ ignorare possumus, diabolum in hoc diei ac noctis cōfūcio esse occupatissimum; quando hoc fatigat veterator, ut hominem semisomnem pessimis cogitationibus siviter preoccupet, & in eo vel invidiæ, vel libidinis, vel impudentiæ feminæ spargat in tumultu diem plurimum valitura. Novit orciniana hæc vulpes, dimidium facti se habere, si tam industrie cœperit. Idcirco vigilandum tam ad diei principium, quam ad finem; nam & noctem cœdagon ex voto habet, si noctis initium fecerit suum. His igitur temporibus potissimum castissimis cogitationibus munendum est peccatum, ne illud hostis prius expugnasse sentiatur, quam obsecuisse.

§. II. Ad singulas horas.

Vtilissimum protus exercitium est, & magni momenti, horis singulis se Deo Deique matri commendare, exitum vite cogitare, atque ita rectam intentionem restaurare. Huic fini commodissimum, singulis horis Dominicam orationem, aut Angeli salutationem recitare, illidque (Nunc, & in horâ moris nostra) affectu excitatione pronunciare. Et quî enim potest benignissimus Deus illi non optimum vitæ finem concedere, qui eum aliquor annis, omnibus horis petuit? Potest quidem Deus, nemini debitor, hoc ipsum aequissimè negare, si velit, tamen si quis mille annis nullâ non horâ id petuisset, verum, sentire de Domino in bontate: Pater uester de celo dabit spiritum bonum petentibus se: Omnia quæcumque petierimus in oratione credentes, accipiemus. Ergo qui libi quâm optimè consulut volet in novissimâ vitæ hotâ, id horis singulis à Deo Deique matre flagitare. Ad hanc utilissimam pietatem promovendam Leo X. Pontifex Max. omnibus, qui quot horis salutationem Angeli pronunciant, mille dierum indulgentias concedit. Paulus V. in eodem folio successor, Anno Christiano M. D. C. XI. hoc ipsum confirmavit. Rectissimè fecerit, qui ad priorem illam, tres precatiunculas itas adiunxit:

Benedictus Deus in eternum.

Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. O Dominus meus, & Deus meus, ego me tibi offero in omne tuum beneplacitum.

Hæc ideo addenda, quia tunc maximè renovatur bona intentionis studium, cùm quis seipsum divinæ voluntati quâm integrimè committit. Ludovicus Bloius testatur, Sanctam Gertrudem divinitutem ejus rei admonitam, trecentes sexages quinque hæc verba pronunciata: Non mea, sed tua voluntas fiat, ô amantissime Jesu.

In Inscri. spirit. c. 8. Hoc nemini non imitabile est, idque cum laude, uti præclarè idem Bloius: Nulla, inquit, præstantior oratio est, quâm ut quis petat gratissimam Dei voluntatem, in se, & in omnibus alius fieri.

Cui autem tale nullum est exercitium, huic eum hora, & dies, huic hebdomades, & menses, & anni efflunt quiibus tam rariissima Dei memoria est, vix unquam & non nisi frigidè de Deo cogitatur, quod non tantum non Christianum, ne humanum, sed ferinum est.

Si quis autem omnes actiones suas ad generalem intentionem, velut ad regulam, cupiat dirigere, hanc ei formulam damus intentionis optimæ:

O misericordissime Deus, ego me, neque omnia, ad sanctissimam voluntatem tuam, in omnibus conformare unice desidero.

Hæc una omnes bonas intentiones complebitur, nec est quidquam homini ad veram tranquillitatem & felicitatem expeditius, quam idem in omnibus velle, quod Deus. Quisquis ad hunc apicem pertingit, supra omnes procellas est & proximus celo.

§. III. Ante orationem, Sacrum, Examen Conscientia, Confessionem, Communione.

ORATVRVS sic animo fecum staruat. 1. Orabo ut Deum honorem, colam, & laudem. 2. Ut Deo

A placeam, & gratum ei sacrificium exhibeam, & sic in ejus gratiâ me conservem. 3. Ut Deo meo gratias agam, pro illius in me liberalitate, & beneficis innumeris. 4. Ut satisfaciam pro noxiis meis. 5. Ut animo & corpori necessaria impetrem; vites, valetudinem, animi laien, mei ipsius notitiam. 6. Ut obtineam virtutis augmentum in hac vitâ, gloria in alterâ. 7. Ut voluntatem meam cum divinâ magis magis uniam. Perfunctori non orbit, qui ad orationem tam serio se parabit.

Fuit sacerdos qui horarii precibus has intentiones sanè pias preficerit.

Preces MATVTINAS dixit in honorem sanctissimæ Trinitatis, pro conversione omnium in peccato lethali existentium.

LAUDES, ut vocant, recitavit in honorem omnium sanctorum Angelorum, pro omnibus suis inimicis, & obsecratoribus.

PRIMAM, in honorem Christi Jesu ad columnam flagellati, pro furore peccatorum venia, & virtute sibi maxime necessariâ impetrandâ.

TERTIAM, in honorem Christi Jesu spinis coronati, pro Regibus & Principibus Christianis omnibus.

SEXTAM, in honorem Christi Jesu cahorâ crucifixi, pro omnibus eo die singulariter afflictis.

NONAM, in honorem Christi Jesu cahorâ expirantis, pro omnibus eo die animam agentibus.

VESPERAS, in honorem beatissimæ Virginis Marie examinare filium tunc complectentis, pro omnibus eo die defunctis.

COMPLETORIVM, in honorem omnium Sanctorum Cælitum, præcipue tutelaris Angeli & Patroni, pro felici Perseverantia in bene ceptis.

Nobilissimum hoc orationis condimentum est, si sicut eo velint uti feria initiationis, piæque confutidine. Bloius sacerdoti hanc precatiunculam ante Canonicas preces dicendam suggirerit:

Domine JESU, ego pro tui honore humiliter obedire, & tibi fideliter servire, tèque purè laudare desidero, in unione illius perfectissima attentionis, quâ tu patrem orasti & laudasti in terra: & quia sine te nihil possum, adjura me gratiâ tua.

AUDITVRVS Sacrum, easdem quas Oraturus, intentiones sibi proponunt, sed & has addere poterit. 1. Sanctissimum hoc sacrificium, ô Deus, cum sacerdoti tibi offero, ut testor te esse Deum, Dominum, Conditor meum cui omnia mœque totum debo. 2. Urparciceps siam tanti mysterii, in quo verum Christi corpus & sanguinem offerit firmissime credo. 3. Ut pro vivis ac defunctis orem.

EXAMINATVRVS Conscientiam, hæc præmitat. 1. Rationes à Conscientiâ meâ exigam, ut meipsum proponam, da etiam nos dicam. 2. Ut Conscientiâ puritatem obtineam. 3. Ut tam cœrebros relapsus in pristinas noxias studiosus caveam. 4. Ut apud Deum in gratiâ maneam, & per hanc actiones meas illi commendem. 5. Ut confessio facienda hac ratione me preparem. Qui diligit corda suorum regem.

OBIATVRVS Confessionem, hæc sibi proponat. 1. Firmè statuo animum meum sacerdoti aperire integrimè. 2. Meipsum accusando submissionem exercabo. 3. Cum Deo in gratiâ redire cupio. 4. Turpem mearum fordiū, & penitentiam debitis liberari appeto. 5. Conscientia tranquillitatem, & ardienter spiritum in divinis obsequiis obtinere desidero.

PERCEPTRIVVS Eucharistiam ad hæc animum intendat. 1. Divinum epulum accedam, ut Dominica Paschionis memoriam in meipso revocem, jubete Dominino: Hoc facite in meam commemorationem. 2. Ut Christi

stomco per amorem quâm arctissimè uniar. 3. Ut contra diaboli tentamenta, & infidias omnes meipsum muniam. 4. Ut Deo meo verè devotissimus & subiectissimus sum. 5. Ut omnigenam gratiam, omniumque virtutum, præfertum Humilitatis, Patientia & Charitatis incrementum consequar.

§. IV. Ante quilibet virtutum actiones.

GRATIFICATVRVS gratiam alteri, præfertum non ad eum bene merito, hac apud animum suum voluntat. Huius homini, ô Deus, gratiam hanc præstabo pro singulari quo in te sum affectu, & ut te Dominum meum, qui in omnes, etiam hostes, benignissimus es, pro virtibus imiter. Ut eò majorem apud te gratiam ineam, & post hanc vitam, ampliorem gloriam obtineam. 3. Ut tibi morem geram, qui mihi charitatem in alios, etiam inimicos tantopere commendant & præcepisti.

DATVRVS istipm, hos sibi fines constituit. 1. Benignè faciam egenis, ad majorem Dei gloriam, ut universi beneficiis me gratum exhibeam. 2. Ut quod mihi fieri velim, id alius faciam, & ut mendiculorum utilitati serviam, eoque Christianâ charitate complector. 3. Ut Orbis iudex aequissimus, mei quoque miserear, quando ipsemet misericordibus promisit misericordiam. 4. Ut pro noxiis meis satisfaciam. 5. Ut meritum ac præmium eternum, quantum in me, augeam.

Porro expedite summopere, unam candemque actionem pluribus ad Deum intentionibus dirigere: hoc enim mirabile dat incrementum amoris divino. Nam cum multiplicantur actus, augentur habitus; at verò recta intentio amoris actus est; igitur his actibus amoris multiplicatis, necesse est amor ipse misericordie augeatur. Ut autem tertum omnium quas Numinis honori agimus, plures intentiones velut in parato habemus, paradigma subiectemus, ad quod omnes actiones alias licet conformare. Hoc sit exemplo: Est qui extra legem & charitatis dies jejunium velit servare; ut autem istam à cibo abstinentiam Deo reddat commendatiorem, hanc precatiunculam præmetit:

Omi amans me Deus, hoc jejunium tibi offero. 1. Ad gloriam tuam & ad Iesu Christi crucifixi honorem, in unione omnium jejuniorum, que filius tuus Dominus noster, cum in deserto, tum alibi toleravit. 2. Ita nunc jejunare statui, ob amorem in te. 3. Et ut tibi gratior fiam. 4. Digniorèque tibi gratiam agam ob innumerâ tua in me beneficia. 5. Ut etiam majorum gratiarum & sublimiorum Paradisi gloriam promeror. 6. Eisque virtutes, quae mihi in hac viti necessarie sunt, impetraveri. 7. Ut pro peccatis meis paenitentiam agam, penitè mihi perfervidi & exonerem. 8. Ut immoderata cibo vel potu appetentiam refreren. 9. Ut castitatem, statui meo convenientem, illibatam conservem. 10. Ut Christi Domini mei restigii in fistam, quae mihi exemplo est, jejunavit.

Omi Deus, ego tibi hoc jejunium, omnes afflictiones ac miseras meas, & quidquid animo vel corpore passus aut passurus sum, simul etiam omnia omnino opera mea, tam cogitationes, quam dicta & facta tibi offero, ad tuum honorem, per merita Christi Iesu Domini mei, qui tecum vivit & regnat in secula seculorum. Amen.

Cum ab Ecclesiâ, Confessario, aut aliis præceptum est jejunium, decem superioribus illis, addi potest hæc undecima intentio.

11. Ut obediem, & Ecclesia legibus satisfaciam.

Sed & haec duodecima.

12. Ut hoc (illud) beneficium, quod peto, à te impetrem.

Eadem haec oratione, pauculis mutatis, præmitti potest quibuscumque alterius virtutum actionibus. Atque ut hujus specimenem demus: Est qui actum heroicum, quem vocant, aetum generosum, difficultem, atque unum velit exercere, & suam Deo castitatem asserere, hanc orationem velut scutum objiceret:

O Iesu castissime, statuo cum tua gratia castitatem servare
Tom. I.

A inviolatam, omnibusque carnis invitamenta pro viribus repugnare. 1. Ut sanctissimo nomini tuo plus inde honoris accedat. 2. Ut ego tibi magis magis placeam, & accuratius inserviam. 3. Ut tot sanctissimarum virginum, tot aliorum castissimorum hominum, totque purissimorum Angelorum suarissimæ societate gaudem. & sic uberiori gratia me preparem. 5. Ut effrenes libidinis motus, & omnem carnis petulantiam retundam, atque sic noxias priores eluan. 6. Ut præmium singulare, caleste, eternum castis omnibus promissum obtineam.

Est porro, cui cum Iracundis, perniciibus, præfratatis hominibus agendum sit hic ergo ut Christiana submissione & mansuetudine omnem verborum contumeliam possit conquere, his lese intentionibus præmunit, & precatiunculam opponat istam:

O Iesu misissime ego iram & omnem verborum acerbitudinem detegor, cupioque cum omnibus manutene & benignè agere. 1. Ut gloriam tuam amplificem. 2. Ut te magistrum meum imiter, qui tuis discipulis omnibus hoc unice commendas: Dicere à me Matt. c. 11. quia misericordia tua amplificatur. 3. Ut omnibus bono sim v. 29. exemplo, neminem ledam, nec ullum ad iram aut impatientiam provocem. 4. Ut in meipso tranquillitatem animi, cum aliis amicitiam & pacem conservem. 5. Ut extremâ vita horâ reuidentem cō benigniorem experiar. 6. Ut te Dominum meum Iesum Christum ac debitorem habeam, à quo mansuetè promissam Beatitudinem, quoniam ipsi possidebunt terram, beatam scilicet v. 4. illam viventium. 7. Ut eo altius elevar in celo, libenter omnibus me submittam, cām sciam illud longe certissimum: Qui se Matt. c. 13. humiliaverit, exaltabitur.

Est qui tetricum, severum, rigidum habeat dominum, aut similem huic dominum, aut etiam plures non tam dominos quam reges, sive humaniores tyranos. Hic ergo, ut generosâ obedientiâ hero superbo etiam & imperio pareat, semetipsum adigit ad obsequiam, his intentionibus:

O mi Deus, voluntatem tibi meam offero, & constituo iis omnibus quibus obligor, promptè, integrè, sincere obsequi. 1. Ut dum homini obedienter servio, tunc voluntari tuisque iustis obtemperem, nam novi à quo mihi dictum sit: Quis audis, me audire, & qui vos spernit me Lue. c. 10. spernit. 2. Ut tot mala immorigeris, & rebellibus immittenia evitem. Nam & illud novi, quis dixerit: Omnis animus ad Rom. 13. v. 1. nisi a Deo: quia autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit poteſt, Dei ordinatio resistit; qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. 3. Ut victoriâ mihi præscriptâ meipsum triumphem, nam nec iam iustitionem ignoror: Servi, subditi estote, in omni timore, dominis non tantum bonis. 1. Pet. c. 1. & modeſtis, sed etiam diſcolis. Hæc est enim gratia, si pro v. 18. pteſ Dei conscientiam sustinet quis tristitia, patiens in justè. 4. Ut à vestigis Domini & Servatoris mei non ab. Ad Philip. 1. qui propter me, factus est obediens sicut ad mortem, c. 2. v. 9. mortem autem Crucis. 5. Ut præmissum ingens obedientie præmissum adipiscar, scio namque quanti Deus hanc unam virtutem estimes. Melior est enim obedientia quam 1. Reg. c. 13. victima. Ecce: Vir obediens loqueretur victoriæ. Tanti est Lui. v. 22. doxie Bloſio, suam alterius voluntati subiiciere, ut dicit Proph. c. 21. xeric: Qui relinquit propriâ voluntate, facit humiliſer ad honorem Dei, voluntatem alterius in re licet, magis Deo placet, spiritus milie quam si multæ temporæ corporis suum sicut tam pag. 176. tūm sustentaret, aspergunt flagellis cruciaret ex voluntate pro. col. 2. prius. Victoriam loqueretur vir obediens. Sed & illud addit Bloſius notatu dignissimum, & quod recte intentionis studium mirificum commendat: acceptius obsequium, inquit, homo preſat Deo, quando à vano & non necessario riuſi, auditu, olfactu, gustu vel actu dispergit abſtemet, voluntatem suam in hujusmodi rebus, purè propter Deum, mortificans, quam si mortuos ad vitam temporaria revocaret.

Est qui carnem subinde lentiā refractariam, ut ergo hanc bestiam ciceret, & diēlo faciat audientem, vario illam stratagemate adoritur: nunc cibo fraudat, nunc sibi cruciat, nunc edulia præfertiora vilibus emuat, tuos ad vitam temporaria revocaret.

T t nunc

nunc ad offertam ferulis mensam esitare docet ; jam vigiliis torquet , jam flagris coerces , jam laboribus vexat , jam molesto itinere farigat ; modò ei vestem fetis horrentem inicit , modò in rigidum cubile illam abicit , modò alias rigoribus exerceat : ut haec omnia & Deo grata , & animo hinc salutaria , harum intentionum industria seipsum extimulat .

Hanc penitentia myrrham & cruce tua collectam, mi bone Iesu, ubi offero; hanc egomet mihi vim inferam. 1. Ut tuum honorem dilatem. 2. Ut meum in te amorem augeam. 3. Ut tuum in me benevolentiam mihi magis deviciam. 4. Ut tuis in me beneficis maximis, continuis respondeam. 5. Ut improbam carnis rebelliorum comprimam. 6. Ut scelerum meorum penas, meipso judice & vindice, dependam. 7. Ut hanc tam pia vi beatorum sedes expugnem. Ad hanc Servatoris dictum me animat: *Regnum calorum vim patitur, & violenter rapunt illud.*

Matt. x. 11. dictum me animat: Regnum catorum vim patitur, & v. 12. ti rapunt illud.

Ante ne-
gotium
quodcun-
que anime
veranda.

§. V. *Ad labores, aut etiam dolores rectè tolerandos.*

LABORATVRVS, aut negotium suum quodcumque curaturus, hac animo verset. 1. Hunc labore meum, ô Deus, quem cum curâ, impigrâ, fideliter & accuratè obibo, tibi ad tuum honorem offero. 2. Ut vi tam meam in obsequiis tuum impendandam sufficiem. 3. Ut ad obedientiam me exercem (si labor prescriptus sit aut imperatus). 4. Ut charitatem in alios demonstrem (si labor alius etiam profuturus sit.). 5. Ut ad submissionem me excolam (si opus sit abjectum, & ignobile). 6. Ut patientiam discam (si labor molestus, difficilis, & incerti eventus sit). 7. Ut carnem otio & petulantia pronam, opere frangam & edomem.

Cum adversa ingruunt, cum molestia, tedia, diffi-
cultates, afflictiones, anxietates fatigant, cum quid ob-
tingit grave & perpesu asperum, tunc maxime vigile
RECTA INTENTIO. Quando autem vix quicquam ef-
qui non vel unico die centena habeat occasiones exer-
cenda patientia, accuratissime hoc agendum, ut ea qui
par est intentione cuncte perferantur. Plurimos repe-
rias, qui & valetudinis, & facultatum, & famae nominis
que jacturam faciant, ægi, inopes, contempti, sed qui
nihil tranquille, nihil patienter, nihil non repugnante
patiuntur, quia omnia non aliter ferunt, quam quod
cogantur ferre, nunquam non impatientes & querentes
ideo nihil prouenterunt, nisi supplicia & penas intole-
rantibus debitas. Nam quod illis Deus submittit in
pharmacum, hoc illi mutant in venenum. Hic ergo no-
gotium suum sedulò agat intentio recta, ut quod ferent
dum est, cum lucro & quaestu nobili perferatur, statque
ne necessitate virtus.

Contra res
incommo-
das & a-
speras in-
tentio.

macam conformem, cum certò sciām, hoc à te, meo bono, in me immisum esse. 2. Istud, mi Jesu, libenter perficeram, tu amore, & ut tuis vestigis, quia mihi hanc viam signābūt, in hacēam. 3. Advera omnia hilatiter & excipiam, & patiar, ut priore vīte improbūtatem hanc Dī favorēm, & gloria futura præmium augeam. Maxima artis est, quælibet **MALE BENE PATI** posse. Sed & maximi luci est eruditia hæc patientia. Optime Ludovicus Instit. spir. cuius Blosius: *Etiā exigua molestia*, inquit, *proper Deum*, *equanūmiter tolerata*, *incomparabiliter prefantur eis*, *quæ sint multa & grandia bonorum operum exercitia*.

§. VI. *Ante status mutationem; ad Sacerdotium, aut Religionis ingressum.*

Opta est quandam inter eruditos ac Religiosos viros quæstio, quis omnium Ordinum sit rigidissimus? Varii varia super eam quæstione pronunciarunt: illi

A S. Brunonis, hi, S. Francisci rigidos fratres, alii allies vi-
tam maximè austera vivere censabant. Tandem una
auditis omnium sententiis. Pace, inquit, vestrà dixerim,
viri: quà de scientiâ non malè, quà de experientiâ judi-
castis pessimè. Non est in orbe Ordo magis adfricato-
ri rigor, quàm sit matrimonium: idque argumentis
diversis firmare inglestis est. Verissimè hic omnium vi-
detur dixisse, si quidem non èa quà pat est intentione
matrimonium ineatur. Qui aut Reginam Pecuniam,
aut Dominam Formam, aut Heram Nobilitatem tan-
tum in conjugem adsciscit, miseri se se implicant immo-
meris; vèrè in ordinem hic se se redigit, sed rigidissi-
mum: Vxorem ducit, Libertatem vendit. Ita soler-
tus exsipit corruptam intentionem punire (expe-
riencia loquitur) ut quæ delicias, aut divitias intentione
perversâ quæsiat, rixas & dissensiones inveniat perpe-
tuas. Heu quid àequè miserum est, quàm toties vel ab in-
vito confessionem hanc edi? Nec possum tecum vive-
rè nos sine fine.

Hoctale conjugium interstis bellis afflictum, recte
dixeris vivum inferorum cypyon, ubi nullus ordo sed semitor-
piternus horror inhabitat. Vide et igitur qui conjugium v. 12
cogitatis, ut illud intentione quam sanissimum ordinam-
ni. Non prospiciat solum, neque solum forma, aut pec-
cunia rubendum est: optimi ac probissimi mores qua-
rendi sunt. Imprimis illud curandum, ne impares jun-
gantur. Hac enim imparitas non potest non esse semi-
narium litigii. Ante omnia recte sit oportet utriusque
conjugis intentio, ne Achab & Jezabel, sed ut Tobias ^{Thal}
& Sara, ut Joachim & Salanna convenientant. Hi namque v. 13
qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum a se & sua mente exclu-
dant, & sue libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus
non est intellectus habet potestatem demonium super eos. Ergo
non ante in conjugium mutuus est consentio, quam re-
cta intentio. Hujus intentionis formulam dat Tobias ^{Thal}
istam: Domine, tu sis quia non luxuria causa accipio con-
gem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen
tuum in secula seculorum. Sed ad sacerdotes & homines
religiosos me verto.

Hic gemitus velim & suspiria pro me loqui. Heu-
reor, ne forte sine qui in Sacerdotium veniant, non ut
pium officium, sed ut largius alimentum inveniant, ut
penum congerant, ut culinam instruant, ut cellam im-
pleant; taceo pejora, quae tamen oblique suggeste foli
tentio prava, etiam tunc cum ad honestissima tendi-
mus. Vetus sed & qua est querela de sacerdotibus? De lo-
co clamat Malachias: *Quis est in robis qui claudat ostia, &*
incendat altare meum gratuitus non est mihi voluntas in robis,
dicit Dominus exercituum; & munus non suscipiunt de manu
retrahere. Perinde si dixisset, quamvis ministrorum meo
rum labores nolim esse sine stipendio quo se alant, nolo
tamen eos officium suum, ob finem adeo vilium praet-
pue facere. Obsequio meo cum cumpriimus studeant, com-
modum suum pro additamento habeant. Hinc liquef-
D lateraliter esse noxam, divinum officium, & hujuscemodi no-
mnia, ea praecipue intentione exequi, ne redditus annui
cenfusque amittantur. Pari modo ad ingressum Reli-
gionis summum necessaria est sinceritas intentionis. Ab
merito ne forsan aliqui etiam ad Religionem properent,
non ut religiosè vivant, aut infra omnium militatatem
abiciant, sed ut parentum aut cognitorum avaritiae non
displaceant, ut dies quietos & suaves repariant, ut ran-
dem emergant, & inter ceteros emineant, ut in solium
eò aliqui nunquam perventuri, descendantem tam
subdole nequirant, et mala intentio, & nonnunquam
per ipsam vita austerioriter delitias querat, & illic in-
dulgere velit genio, ubi omnes serviant Christo.

émitem aliam infistite, aut intentionem pessimam mutare. Hac ire, & hoc anima perire est.

Quisquis ergo sacerdotium aspirat, non suum, sed Dei honorem sincerâ intentione querat, non tondere oves aut deglubere velit, sed pacere: non meliorem vietum, sed sanctiorem vitam cogite.

Quisquis in religiosam familiam adscribi desiderat, in unam atque unicam Dei gloriam totus intendat, nec quidquam aliud percipiatur, quam Deo perfectius servire, fortiter agendo, & sustinendo plurima. Cui non in voto est, quotidiu multum perpeti pro Christo, ad Christi scholam ne veniat. Qui pati non vult, inepius est disceipulus in hoc lyceo. Abite delicati, abite, abite procul hinc impatiens & querulis, sed omnium primi hinc recedite superbi. Existe religiosi, qui cathedras, qui claves, aut mitras queritis. Omnia virtus edit Religio, sed ante omnia Superbi, è quâ omnium vitorum pro pago est. Angelos & diabulos cælum unum non capiebat, nec unum cœnobium aut collegium Humiles & Superbos. Nimia haec morum discrepancya est, in veram societatem nunquam coalitura.

Igitur ô Sacerdotes, ô Religiosi, videte, cavete, æternæ salutis negotium non cæco impetu aggrediendum est. Ad hæc facia dux esse non potest nisi recta, sincera, puraque intentio. Quisquis ad sacerdotium, quisquis ad religionem alio venit duce, vel comite, quam bonâ intentione, aut hinc ad præfita redibit, aut hic certe interibit.

§. VII. Christi actionibus nostras esse jungendas.

Incredibile diu est, quantum conferat in hoc bonâ intentionis exercitio, suas Christi actionibus jungere, & suæ eas divino Patri offerre. Hortatus ad hoc Paulus: Omne, inquit, quodcumque facitis, in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi. Sanctissime recte qui cum hoc auâtria nobilissimo, sua omnia divine Majestati obtrulerit. In exemplum sint hæc paucula:

Omni Deus, bunc ego laborem meum tibi offero, cum omnibus filiis tui Domini mei laboribus.

A v t,

Istud quod ego patior, cum omnibus iis, que in terra passus est filius tuus, tibi confero.

A v t,

Hanc ego actionem, hanc orationem, hanc fatigationem meam, ad filii tui actiones, orationes, & fatigationes, velut guttulam in mare deserens, appono, simile tibi omnia immolo.

A v t,

Pater æternæ, bunc ego necessitatem, hanc misericordiam, hoc gravenam, hoc impedimentum, hunc merorem, hos dolores, hanc tentationem, calamitatem, tribulationem, unitam Passioni & crucis Vnguenti tui, tibi offero, ad æternam tuam gloriam.

A v t,

Omni amantissime Deus, ego me meaque omnia tibi offero, per unicum Filium tuum, ad omnium hominum salutem, & laudem nominis tui æternam.

A v t,

Sic adiuncule nostræ etiam vilissimæ, sic miseria & calamitates nostræ universæ, Christi actionibus, injuriis, doloribus & cruciatibus conjunctæ summi pretii dignitatem induent, nec poterunt cælesti Patri non esse accepta. Hoc nil aliud est, quam plumbi granulum in liquatum aurum immittere, & aurum illi nobilitatem donare: aut aliquot aquæ guttulas in dolium generosissimo Falerno plenum spargere, & ad vini dignitatem attolere: sic & opera nostra ex se imperfecta, frigida, defectum plena, Christi operibus juncta, pretium acquirunt maximum, ab unione hac tam excellenti: hoc est enim vestibus Efa optimis induere Jacob.

Hac de re præclarissime Blofius: Confusat, inquit,

nam illa que agit, quâ ea que patitur, conjugere atque uni-

re operibus & doloribus Christi per orationem sive desiderium.

Tomi. I.

A Sic enim ipsa opera & graminina ejus, que ex se vilia, obscura, atque imperfecta sunt, nobilissima, clarissima, Deoque gratissima erunt. Ineffabilem namque dignitatem ex meritis Christi, quibus unentur, accipient. Et: Bona opera illius qui istud pie obseruat, excellunt incomparabiliter bona opera ejus qui non obseruat. Idem hoc ipsum in suo speculo confirmans: Si in specie bona opera, inquit, & exercitia tua copulaveris uniuscæstius, acti- ficitur, cap. 5. bus & exercitiis Christi, atque ita obulteris illa Deo in laudem æternam: erit sane ipsa oblatio ipsi Domino longa gratissima. & opera tua claritatem dignitatemque ineffabilem recipient, ex actibus Christi quibus unentur. Plumbum tuum (ut ita dicam) mutabitur in aurum optimum, & aqua tua in vinum excellens. Ita omnia Dominus familiarij amicis suis reverè in institutare dignatus est, ut nos hac ratione opera nostra reddamus nos. spiriti. c. 9. bilitissima; hac ratione nostram in opere ex inextinguendo merito. fine. rum Christi thesauro sublevemus, & animas nostras ejusdem Christi meritis exornemus: hac denique ratione pro peccatis nostris facilissime satisfacemus.

B Hoc sacrificii genus ita placet divinis oculis, ut Christus voluerit sibi à beatâ Gertrude omnes omnino lib. 1. cap. 5. actions minutissimam etiam offerri, eâ nimis ratione, s. ut vel litteras quas pictura, bolos quos lūmpura, verba quæ dictura, pâlius quos factura, anhelitus quos captura fidei obsequio quasi adnumeraret. Equis Deus hæc minutissimam postulat: Ut homines suis obsequiis intentos, & fideles faciat ac diligentes, qui etiam minimos in rebus Domini negligentes caveant. Quia verò nostra intentio subinde dormitat, & actiones nostra lepe steriles sunt ac languide, vult sua iussus Dominus nos compendo hoc uti, & nostris suis actionibus, intentiōnem nostram sive, quam ipse in terra habuit, conjungere, sicque direcere. Hinc illud Ecclesiæ quotidianum &

perpetuum: Per Christum Dominum nostrum. Hæc autem Pœnitentia nostrorum cum Christi operibus conjunctio fieri possit, non tantum actionis principio, sed etiam fine, aut medio. Quemadmodum recta intentio, non solum in principio, sed in medio, ac fine virtutis potest. Aliqui bona intentio sed etiam

C actione incipiunt, pergit aliquandiu, ubi autem occa- fine, aut sionem cernunt exarandi, de facili scipios inveniunt, & Deum, quem ante quæsiverant, corruptâ intentione deserunt. Aliquot hujus farinæ homines ipsi Christo in disciplinam se tradidere. Intentione utique bona ceperunt, perrexerunt aliquanto tempore, inter Domini discipulos censi. Tandem eâ dicendi vi peroravit Christus

of pane vivo, sed & spiritum esse qui vivificet, carnem non prodesse quidquam, ut hoc multi audientes ex dicti. Ioh. e. 6. pulis ejus dixerint: Durus est hic sermo, & quis poterit eum au-

dire? Hic illorum recta intentio vacillare, hic ad casum inclinare, hic cadere. Ex hoc multi discipulorum ejus abe-

reunt retro, & jam non cum illo ambulabant. Ennon incepisse tantum, sed & finisse rectâ intentione, virtutis est.

Ideo continuâ hic opus est restauratione, nunquam hic cessandum, recta intentio continuâ urgenda, manè præseritum, sub sacro, ad cuiusvis laboris initium, & ante somnum. His intervallis diei recta intentio renova-

D da, his saltem pauculis verbis: Domine, hæc omnia propera. Aut: Tu honor, Domine, hoc faciam. Aut: In tuam gra-

tiam, mi Domine, hoc patior. Ah, ingemisco cum cogito, nos à beftis etiam in rubore dari. Narrante Elephan-

tem fuisse in urbe Colchin, qui operas diurnas præbe- Christop. à

re solitus erat ad portum & res marinæ. Eum forte us- Costâ in hilt. Aroma-

bis Praefectus urgebat, ut Liburnicam (navim) quam Caroli Clu-

commoveo cooperat, deducere poterò in mare. Ille ab- Ansverp.

nuere, instare alter multis blanditiis; elephas laboreum, hunc conftanter averfari; ad extremum Praefectus, fal-

tem in gratiam Lufitanæ regis id veller, orare. Hic,

immane dictu, elephas, clare hæc duo verba ingemina-

Hoo, Hoo, quod Malabarum lingua est, Volo, Volo: ac fine mora navim traxit in mare. Tanti erat elephan-

to, regis Lufitani gratia laborare. Quid nos ratione prædi-

ti, disciplinæ capaces homines r̄ quoties præfa-

cte reli-

Et resistimus, & imperata etiam levia detrectamus, eti millies invitemur: Eja quo, in gratiam Christi Domini, Ad voluntatem regis caelstis, Ad gratiam Iesu crucifixi. Ne sic quidem movemur: ad nobilissima haec invitamenta obdurdecimus, vel bestis contumaciores.

At quibus salva est semper sinceritas intentionis purae, cum quid faciendum, in supremi regis gratiam promissim illud vel centies ingeminari, Volo, Volo, propter te, mi Domine: Et quavis ad hoc praestandum, me nulla vis adgeatur, licet nullum premium, nec suppli- cium ullum hoc mihi persuaserit, nihilominus tamen in Christi gratiam, hoc libenter praestabo; Propter te, mi Domine, haec faciam, haec omittam, haec perferam, propter te Domine.

In omnium potestate est, haec dicere, haec sentire & velle: nec valentibus, nec aegris haec difficilia. Alioqui agendo multa, nihil agimus. Sine mercede labor est quâ docunque est sine rectâ intentione. Qui perdere non vult operam, assiduum gerat rectâ intentionis curam.

CAPVT IX.

Quæ sint SIGNA RECTÆ
INTENTIONIS.

Hebrae plebis homines magnam partem rudes & asperi, tamque obtusos captuerant, ut agerrimè crederent, quod non oculis cernerent. Ut ergo suis ipso oculis exploratisimum haberent, quid sit intentione malâ & prævaricatrix, voluit Deus ut manna quod ex praescripto in Sabbathum collegissent, integrum, recens, incorruptum servaretur. Quod vero contra legem aut virtuose providi, aut repetend laboris pertensi, in alios etiam dies collegerunt, id omne mox corruptum, yernis bus copit ebullire. Hic neque locus, neque vas in quo cælesti hoc alimentum affervabatur, neque ipsum manna in culpa fuit, sed sola v. antas & intentio prava, legi se subiaceere degnata.

Hoc Deus Hebraorum oculis sic objecit, tanquam si è celo proclamaret: Cernitis tandem immorigeri, quid voluntas possit in homine, quid sit velle aut non obediens quid bona malâ intentio prefignat: hi vermes rebellionis vestrae testes sunt; hos fructus producit contumax voluntas vestra, & perversa intentio; specie hoc oculis, atrectate manibus increduli.

Cum Christiani Deus post Filii tot conciones, alia ratione agit; bona male que intentionis signa in etiam proponit, sed magis recondita, & non tam oculis quam animo cernenda.

Si quis corporis oculos considereret, eos admodum esse garrulos, quamvis sine voce compiceret. Illi namque suâ garrulitate dominum suum sapientissime produnt, cum ex oculis valerudinem & morbum, hilaritatem & mærorum, odium & amorem comprehendere sit facilissimum: latentes hos affectus oculi evulant. Porcus, quâ interiora corporis, simillimus homini, morbum suum linguâ & oculis detegit apicent. Si ferendum sit judicium quam sana sit hominis actio, interrogandus est interior illius oculus, intentio: si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. En tibi, ab oculo dicitur, quod de toto corpore pronuncietur.

At sicut nil artis est scire morbum in oculis comprehendendi, nisi & sciatur quibus signis & indicis deprehendatur: ita non fatis est nosse vita probitatem ab intentione probâ colligi, nisi etiam noverimus, quæ probâ intentionis signa sunt & indicia, de quibus nunc agendum est. Igitur, ut fidem sibi quisque habeat, & rectâ ire viâ se credat, duodecim ordinis signa numerabimus, quibus suam cuivis facile erit intentionem estimare.

*Math. c. 6.
v. 22.*
Duodecim
signa rectæ
intentionis.

I. SIGNVM BONÆ INTENTIONIS.

Non facile turbari, non tumultuosæ aut turbulenter rem aggredi. Indoles eorum non bona est, qui incosultâ levitate ad labores accedunt, qui cum impetu agunt omnia, & in res non veniunt, sed rapidè feruntur, æstuant, manus pedeque jaçant, anxi trepidant, ac si suis curandis defeturum sit tempus, inquietissimi discursant, tanquam primo aggressu omnia deproprietati. Quid opus haec astutia & impetu? Felitatem, mi homo. Consilio est opus, non impetu, Quintus Curtius monente. Qui principio tam contente currit, cetero deficit: qui gradu clemente ac presto incedit, etiam progredivit, & minus fatigatur. Qui festinus est, pedibus, fuscus fenderet. Temperante sumendum est illud præscorum: Sis in consilio cochlea, in factis aquila. Itaque sub initium plerunque placide incedendum, dum ab ipso incessu accrescat vigor. Nota nobis verba sunt à præceptis de Christi imitatione: Quid homo non sit importunus in agendo. Et: Sint actiones tue sub te &c.

Qui sinceræ intentionis est, in negotiis etiam impeditissimæ hoc versat animo: Deus mihi hac negotia dedit curanda, utique dabit etiam tempus & gratiam ad conficienda: Deo labore, & ejus honori, facioque quod meum virtutem est: bonus Deus curabit cetera. Itaque, quod etiam poëæ monent, Permitto Divis cetera.

II. SIGNVM.

In omni affectione sic affectum esse, ut si quereretur, quossum haec promptissimè responderet: Ad majorem Dei gloriam. Quossum illa? Ad hanc ipsam. Quossum illa? ad eandem. Sicut viator interrogatus quâ viam teneat, sine morâ respondeat, Ingolstadtum, aut Vienam, aut Pragam, aut Romanam. Atque si vel leviter innere se decessisse intelligatur, quâ primum in viam regiam redit. Qui solum animi causa deambulatur exi-

tabe nec panem, nec pecuniam secum defert, nec enim tabernam ingredi in animo est. At qui peregit frumentum, aut nummos sumunt in viam, aut panes, ut ife solent homines a pago, & cum venter jam mugire & magnum inane queri incipit, annonam suam è facieperio extrahunt, & solantur oblatramentum stomachum. Ita profus homo rectâ intentionis, qui se nunquam non meminit peregrinum esse cum in opere fatigatus vita molestia gravius incipit sentire, mox secum ipse intentionem recam renovans: Et cui hac facio, inquit, cui habro, cui logo & scribo, cui sto & curro? Nunquid Deus an non propter Deum haec omnia tolero? Abi ergo torpor, abi tedium, abi otium & desidia, abi procul impatientia, abite pessimas pestes. Si cuncta hac Deofiant, prout per est illi soli haec fieri, ergo & patienter & promptè, & libenter faciam atque patiar hac universitate. Ita pergo, propter te Domine; omnia mihi & facilia & jucunda, & Domine, propter te. Secus faciunt illi quibus vita velut deambulatuncula transfigitur, qui nec panem secum ferunt nec pecuniam; & feri & finerent intentione: homines vani, in omne genus illebrarum proni, quibus anima pro fale data est. Horum vivere, est animi causa deambulare, quâ pedes ferunt, quâ affectus præcurrunt. Non ita veri illi peregrini, quibus & panis est & pecunia, intentio non tantum fera, sed & sincera.

III. SIGNVM.

Non angit, nec ob agenda distrahi in curas, que hominem à precibus, à conscientia curat, à Dei memoriam, avocent. Qui sinceræ intentionis est, hoc agit ut faciliat & viribus suis agat convenienter. Observat Christus stomachum, eum ab hero Evangelico & quæ laudari, qui duo accepit talenta, atque illum qui quinque. Sed dicas Cur utrique par honor habitus? Quia in utroque par fuit diligenter,

genia, tametsi circa imparem pecuニア. Hoc creber-
timē contingit, ut duo in eādē re operam suam po-
nant, sed effectu prolsus inaequali, ille ab hoc longissime
superato: fieri tamē potest, ut aquālē p̄mūlē
meritus sit uterque, certe apud Deum, qui non attendit
quale opus, sed a quali conatur & industria prodierit.
Sunt qui viribus, aut ingenio, aut prudentia polleant, &
que alii difficillima, ipsi velut per jocum faciant: Sunt
& aliiibus aut frāctis vires, aut infelix & pingue
taridumque ingenium, hi quamvis fudent & conatum om-
nem exerant, omnēmē industria in opere confu-
mant, tandem tamen urceus exīt, opus sine oneri gratia
& Venere. Et quinam horum majore digni p̄mēo
sepe illi, quorum opus velut nimis inclaboratum ab
omnibus spernatur: Ab humanis longissimē distant judi-
cia divina. Et hoc iis qui ingenii celeritate praestant, aut
ad omnia faventes habent Gratias, superbia alas merito
incidat: istos erigat, iisque animum addat, cum nul-
lus momenti sit humanis oculis placuisse, maximū di-
vinis. Praecellē Thomas ille: *Si Deus, inquit, semper effet
per intentio nostrī desideriū, non tam facile turbaremū pro
reflexiā enī nos nōfī.*

IV. SIGNVM.

O pere peracto non discurfare', aut sollicitè aliorum iudicia expiscari. Sunt qui in statu comicorum histriorum, dramate peracto querunt: *Qui placuimus?* nemone plaudit? ita isti querere solent: *Quid sentiunt dominii de me, mæque opere?* num satisfecit, num placuit? quid facient? intentionis corrupte signum evidens. Nam qui sincera intentionis est, ita secum ipse loquitur: *Sic, cui credidi, & certus sum, quia poteſt depositum meum servare in illam diem.* Ego quidem feci quod potui, idque sincero animo in divinum honorem: laus inde sequitur, an non, milbi perinde est, scilicet quām serio volenti facile sit, & servire & placere Deo.

Fuit qui annulum gemitum summi pretii invenit, quem mox ad proximum futorem deferens: Dic queso, inquit, mihi agister, quanti aestimas hunc annulum cum hoc lapido? Cerdò, cui corium notius quam aurum & gemmas Insignis, inquit, splendor eum forsan exercevit ad trium flororum pretium. Ecquis, obsecro, horum amborum stultior, an qui talem interrogavis, an qui talia respondebit? Cerè invento annuli videtur stultitia palmam præripuisse, quod ad imperitissimum gemitum iudicem, gemitum aestimandum detulerit. Gemma sunt pretii prorsus inæstimabilis, opera bonâ intentione edita: quid verò de his hominum aures oculosque interrogamus? nimis hac aestimare norunt quam futurum; præsternit cùm intentio, à qua pretium actioni accedit, nemini unquam fatis posse esse cognita. Nux & cælum, guttula & Oceanus, lapillus & terrarum Orbis, mutuam inter se comparationem agrè admittunt: minis ramen quod bonâ intentione factum est, comparari se finit cum eo quod malâ. Et quomodo tandem hâc possint judices esse oculi, cur apud hos de marginariatum nostratum nobilitatem vanissime litigamus? Deus solus est qui hac aestimet, hujus iudicio permittenda sunt omnia, hujus standum. Ab hominibus virtutes ac via plerunque non ex merito aestimantur, sed ex populari iudicio. Hinc longissima series errorum,

V. SIGNVM.

Ventu rei aut laboris minus secudo non turbari aut
concuri, cum Deus, ad quem intentione collineandum,
non tam speet quiet effetum, quam quomodo,
qua intentione, quam diligenter quipplum faciunt. Magis
illu Apostoli Jacobus, tota Hispania, ut narrant,
non plures Christiani facis imbiuit quam octo homi-
nes, traherat ab irrito conatu reversus Hierosolymam;
Herodis gladio caput prebuit secundum. An Deus Ja-

Tom. I.

A cibo non idem præsum datus quod ceteris Apostolis, qui reges & regna integra ad disciplinam Christianam traduxerunt. Idem utique, & forsitan majos. Nече enim illi Deus, quid efficerit, sed quid faceret imperavit: ab Apostolo semen spargendum erat; feminis incrementum penes Deum fuit.

Hoc probat intentionis homo altè combibit, suum esse, laborare; Dei, labori aspirare. Itaque cum artis decipit, cum nihil procedit, cum aliquid in periculam ei veritatem, cum spes ad irruendum cadit, vix quidquam turbatur; hoc enim, inquit, non in mea est potestate sed Dei. Fecit quod dilicuit, quod debuit, quod decuit; res aliter censit? humanarum haec natura rerum est. Atque hoc admodum necessarium est sciut, neque enim infrequens est ut operam ludat etiam laboriosa diligentia, & tine effeta sit praelarius quicunque labor. Num quis ideo disfruetur animo? Nequaquam: Si bona intentionis est, tam secundos quam adverbos eventus Deo committit, divini consilii securus. Christus ipse postremis quatuor vita annis, quot obsecro sibi divinissimis suis concionibus adjunxit? non adeo multos numerabis; longè plures Apostoli ad nostras religiones permaneuerunt.

Paro modo qui nihil non sanctæ intentione aggreditur, quamvis in seipso plurima desideret, tametí pravitates & errata in se deprehendat, non tamen contínuo abjectit animum, non consternatur, non examinatur, sed quam illam suageneria deprimit, tam exigit Dei misericordia, neque tam male unquam res vertunt, ut bonam intentionem mutet. Inter adversa & prospéra idem ei animus, hoc est, ad Deum semper erexitus. Cetera omnia velut nubes infra se calcat, firmat animum in fortuita, & in omnes casuum impetus; omnia aquo ac hilari aspicit oculo. Animus et semper aequalis, & qui secundo cursu eat, placidoque statu maneat. Itaque eo pervenit, ut magnum illud Deoque vicinum obtinuerit, **NON CONCVTI.** Non contristabut iussum quidquid **Prov. ei acciderit.** v. 21.

VI. SIGNVM.

Re quapiam peracta, Inanem gloriam, & omnem cogitationum vanitatem fugere. **6. Re peracta inanem gloriam fugere.** **Q**uis est hic, & laudabilis eum, qui sibi ipse nonquam applaudit dominum, cui suus labor apud se non sit in pretio, qui a lepison audiat: bene, bellè, præclarè, equis melius? **H**oc verò aliud non est quam totis hebdomadibus corbes pletere, & operam tam longi temporis Vulcano confecrare. **E**vauerunt in cogitationibus suis & obscuratum est Rom. cap. 1, insipiens cor eorum. **v. 2. 1.**

Sunt qui sua dumtaxat laudent, aliena aut damment, aut silentio transeant, laudes suas etiam ab imperitis
avide exscent, aliorum dejecto vultu, fronte, oculis
hauriant, & cum improbare non possint, nunquam tam
men probent. Hi non Deo, sed fama sua tantummodo
nati, ingentes arroganter montes sub modesta fronte ce-
gunt. Neque aliunde provenit pars haec alienarum virtutum
laudatio, quam ab animo laudis sue avido, qui
cum aliorum commendationibus detractum iri vereatur
suis, serio eaver ne quid elabatur in alio laudandum: odit
pares in potuenda gloria. Ad rem hanc submonet Anneus
Senecca illud, inquit, adhuc tibi effige, quod pauli ante dicebat: fine
nihil ad rem pertinet, quoniam multi equitatem tuam noventur.
Qui virtutem suam publicari vult, non virtutis laborat, sed gloria.
Non vis eis justus sine gloria, et mea bercule sape justus esse de-
bent, cum insatia. Et tunc, si sapientia, malitia opinio bene parta delectat.

Jacob Patriarcha moriturus; Fida Dan, inquit, *Gen. c. 4.9.* ber in viā, cerafes in semitā, mordens ungulas equi; ut cadat v. 17. ascensor eius retro. Cerafes, serpens non spatioi corporis, fabulō se abdit, equi illac transiit ungulam admor- furus, ut is dolore furens excutias fessorem. Diabolus Diabolus Cerafus fumillimus, dum nos auctore viā virtutis incepimus, cerafus si dimus, ille humanus laudis pulvrey se occultit, ut equi un- milimus ungulam, hoc est, intentione reūtan vitier, & sicut erit.

Pſal. 113.
Pſal. 23.
v. 10.

falsæ gloriae imaginem præcipit. Qui bonæ intentio-
nis eſt, hunc Cerasten cauifimè declinat, & ubique lo-
corum aliud ingeminat: Non nobis Domine, non nobis,
ſed nomini tuo da gloriam: Soli Deo gloria: Dominus virtu-
tum ipſe eſt rex glorie.

VII. SIGNVM.

7. Invidio-
la non tan-
gi.

Num. 6. 17.
v. 27. &
seqq.

Ioc. 6. 2.

Nec invidiolâ quidem tangi. Qui divino tantum honori studet, parum curat, etiam in artibus aut scientiis pares, vel etiam superiores habeat: nullam rem à ſe tantum vult confici, neque hoc unquam in votis haber, ab alio non ſuperari: nunquam invidet altius ſtanti; quod in aliis magnum non deprimit, ut ſua extollantur. Nobilissimum hujus rei ſpecimen præbuit Moses. Venerat ad illum adoleſcens invidiam in aliis concitaturus, nam eos inſoliti vaticinii acculavit. In di-
vina pagina tem ſic narrat: Cucurrit puer & nunciavit Moſe dicens: Eldad & Medad prophetam in caſtris. Statim Iosue ait: Domine mi Moſe, prohibe eos. At ille: Quid, inquit, anu-
lavis pro me quis tribuat ut omnis populus prophetet, & det eis Demum ſpiritum ſuum? Fit in aulis principum, ut legati, aut aliud aliquid munus obeundum ſit, & forſan ad id deligitur qui minimè putabatur, neglitur qui ſe ma-
ximè deligendum ſuſpicatur: hic rem magnam facit, qui poterit non invidere. Idem inter religiosos contingit: varia apud eos officia gubernandi, docendi, concio-
nandi, hoc illud curandi. Hic ille magiae virtus, & intentionis optimæ cenſendus, qui tam æquus oculis alium gubernantem, docentem, concionantem, hoc aut illud curantem aſpicit quām ſe. Sed quandoque aliis le-
ſe affectus prodiit. Quories accidit, ut aliejuſ in opiam levari velimus, fed à nobis ipſis; inſcientiam doceri, fed à nobis ipſis; virtutem corrigi, fed à nobis ipſis; confeſſiones excipi, fed à nobis ipſis; hos aut illos officiosè ſalutari, fed ab alio nemine quām à nobis ipſis; conſciones ad populum haberi, fed non ab aliis, cum nosipſos æquè bene aut melius id præſtitos non diſſidamus. Quām rari hodie Moſe ſunt qui ſerio clament: Quis tribuat ut omnis populus prophetet? Ut omnes ſint legati, aut legato-
rum curatores. Ut Omnes ad gubernandum, ad docen-
dum, ad concionandum ſint apti, quiſ tribuat?

Eodem modo, cūm alii ab induſtria, ab ingenio, & a fidelitate, ab eruditione, ab aliis naturæ atque animi, ſcientiæ que dobitis largiſ ſaudantur, ſi quis has laudes æquæ auribus admittere, & invidiolâ poſſit non tangi, & ipſe quoque rem magnam fecerit. Quiſ autem bona intentionis eſt, ad hac omnia ex animo di-
cet: Velix Deus, ut mille tales ſint, & iſtis, & illis non invidio: Velix Deus, ut dominus meus huic laudatissi-
mo famulo tot ſimiles habeat alios quoque optat, ego, quod in me erit, fidei operā præſtabo, ab hoc aut illo
me vinci abſque invidiā patiar. Ha probe nota voces ſunt, & longe meliores iſtis: Tam fidelis & diligens non eſt hic homo, atque eſte creditur: Iste revera non ſum-
mam eruditonem habet: Ille non tantæ virtutis eſt, quanta putatur. Hoc eſt invidio dente alienas laudes conveſſere, & tunc demum ſe circumſpicere ut magnum, cum præ ſe omnes alios in parvo cenſu poſuerit. Quæ omnia à bonâ intentione longiſſime abhorrent.

Sed o invidia, o malum pefſimum? quo aulas, quo, pæne dixerim, religioſas domos aut everti, aut inſicis? O invidia alienis incrementis ſemper inimicissima! Hinc illud eſt tedium, & nūquam refendit anima volunta-
tio, & conceſſi otiuſiſ ſequitæ agra patientia. Inde miceror marcoſque, & alienorum proceſſuum averſatio, & mille fluctus mentis incerta: inde ille affectus otium ſuum detestantium, querentiumque nihil ipſos habere quod agant; alios ſe negleſtis ad honorificas fu-
nctiones produci. Hęc ſecum agitat animus ſibi relictus, nec ſibi ſufficiens. Et quiſ eſt, qui ſi aliquid præclarè fe-
cerit, & facti honos ad alterum etiam redudet, non

A ſtarim cum ſtomacho voceretur: Hos ego ventulos feci, tulit aliter honores: Per me victorem triumphant alii, ego ſub jugum mittor.

Verū alienis deleſtati malis, voluptris non homi-
nis, ſed diaboli eſt; alienis bonis torqueri, eterna miſeria eſt. Hix intentionis & invidiæ non rivuli, ſed flumi-
na à præve intentionis fonte exundant, ad RECTAM
INTENTIONEM exarcent.

VIII. SIGNVM.

Iudicia hominum poſſe contemnere. Hęc una ma-
ximæ, & maximè neceſſariarum artium eſt. Nun-
quam viſit, quicquid hoc poſſe non exætè di-
cere. Hoc nobis omnes ſapiētes ex omni domo con-
clamabunt: Judicia hominum non formidanda. Iuſta
Christianam nobilitatem eſt, ab hominum iudicis hu-
c illuc agitari, & malum ſancte ingens, ex aliena opinione
tanquam eſt filo pendere. Quæ enim eſt tam modeſtæ
licitas, quæ maligniores cenſuras vitare poſſit? Præco-
rum monitum eſt: Si viſ beatus eſſe, cogita hoc pri-
mum, contemnere & contemni. Nondum eſſet, ſi
nondum te turba irritet. ſed longe præclarus Thomas
à Kempis: Iacta cor tuum, inquit, ſirmiter in Domino, & hu-
manum ne metuas iudicium, ubi re conſciencia pium reddit &
innocuum. Bonum eſt & beatum taliter pati. Non es ſanctus, ſed
laudariſque vilior, ſi vituperari. Quod eſt, hoc eſt, nec major
ci vales, quām, Deo tifte, ſis. Si attendis quid apud te ſi in tua
non curabis quid de te loquuntur homines: homo confidat
actus, Deus verò penſat intentiones.

Qui ſincera intentionis eſt, ideo hoſi iudices noſi ve-
retur. 1. Quia exploratum habet quām illi graverit fa-
lantur in plurimis, & hoc vel à ſeipſo dicit, toties in
aliis iudicandis decepto. 2. Seit ab hiſ iudicis nihil ſibi
accedere, nihil demi. Notum Seraphici Franciſi di-
cunt: Taliſ quisque eſt, qualis eſt in oculis Dei, & non amplius. in
Verè non amplius, quām iſum nemo non oceren-
tia. 3. Quia conſcientiam habet teſtem, quod agat
ſincera intentione. 4. Seit neminem ulquam place-
poſſe omnibus, nec Petrum, nec Paulum, nec iſum
Christum. 5. Seit etiam eximiae virtutis eſſe, hac iu-
dicia Christiana nobilitate poſſe coneoquere, quod certe
pouit Tarsensis Paulus, qui etiſ omnibus omnia fadit,
tamen liberè proclamabat: Mibi autem pro minimo eſt, ut i. C.
à vobis judicer aut ab humano die. 6. Quia Deus olim haec
iudicia ad certissimum amuſſini judicabit exatissime.
Hęc cūm probè ſciat bona intentionis homo, homi-
num iudicia velut minorum canum laetatus facile con-
temnit, nec unquam laborat qualis aliis videatur, ſed
qualis Deo & ſibi.

IX. SIGNVM.

In omnibus quæ carni blandiuntur, moderatum val-
de ac contiuenit eſſe, ſin minus, certum pæne indi-
cium eſt aliquem ſibi ipſi nimis eſſe preiſum & cha-
rum. Amor ſui ipſius reſeffiſſum eſt, ſimil & callidif-
fimus: amor ſui, cum inualerit, nec humana nec divina cum
penſi habet, ad eterna pænia, ad ignes eternos plane con-
cavus eſt: omnia benigna interpretatione ad ſeipſum tran-
ſtrahit; commodis ſuis ubique imperiſſimè ſtudet; in
omnibus ſibi met ignoscens liberaliter indulget, pra-
ciuſ verò mollia amat & carioſa, hos duos bolos, velut
ſoporatam offulam, & corpori objicit, & animo. An-
imum ut ſibi conciliet, curioſiſima queque ingeſit; cor-
pus ut demulcat, ad omnem mollitatem invitat, idque
cavet unicè, ne quid duri aut asperi offendat tam bo-
num amicum. Atqui veriſima D. Gregorii, in vito
rum SS. omnium vox eſt: Sicut carne que ſentit ſpiritus de-
ſicit, ita e laborante convalescit; & quemadmodum carmen
mollia nurruunt, ita animam dura ad alia ſuſſolant. illa nam-
que delectationibus paſſit, hec amaritudinibus vegetatur.
Spiritus deficit, ubi caro requieſcit; ut cum caro molli-
bus, ſic

De rectâ intentione Lib. II. Cap. IX.

499

bus, sic anima duris nutritur. Si quis ergo ad mollia & curiosa incliner animum, signum de se prebet impur intentionis, quia non Dei honorem, sed suum commodum attendit, ut ancilla qua pistori suam operam locat ob pacem similagineum. Hic talis ut primum asperiora senferit, manum retrahit, & ad mollia flectit diligenter in ignaviam potius commoditate fordescere quam per ardua viam ad meliora sternere: aut si quod ad difficilis dexteram porrigit, non extudit con natum ad majora, quam quod cum honoris ac dignitatis propria libido impellit. Bernardus ejusmodi hominem sub religiosis vestis latitantes depingens: *Ad omnia sua frenum, inquit, ad communia piger, vigilat in lecto, dormit in choro, Sic & Philautia ad sua omnia maximè strenua est, & quidquid sibi opportunum credit, blando ambitu ad se trahit.* Hic seipsum bona intentio nis homo rigidissime coerct, ut diligenter sibi assidue occedit: Non teipsum, sed Deum quare.

X. SIGNUM

AQuæ liberter privarim quid agere ac publicè, & quæ diligenter ab aliorum oculis remotum laborare quām si oculi omnium in ipsum convolarent; neque etiam fūs spectatores, auditores, laudatores numerare. Sunt qui lacrymas fundunt ut ostendant, & toties lacos habent oculos, quoties spēctator defuit. Sunt qui labore diligenter & impigre, quādū aspiciuntur, deinceps illis rectes spēctator esque, non placebit labor seculis. Seneca hominē nimis amantē publici & spēctāri volentē praeclarissimē instituēt: Non est, inquit, quād te gloria publicandi ingēnū producāt in medium, nec ut recte sis velis, aut disputāre. Cui ergo, inquit, ista didicis? Non est quād timeas ne operam perdidēs, si tibi didicisti. Sed mihi sibi hodie didicerim, comunicabo tecum quā occurserunt mihi egegētiā dicta circa cūdēm fere sensum tria. Notate hæc obficio, vos illi quibus summa votorum est, à multis videri vel audiri; notate hæc. Democritus, ait, unus mīhi pro populo est, & populū pro uno. Bene & ille, quisquis fuit, cum interrogaretur, quād tanta diligētā artis spēctātē ad paciētūs perverteret? Satis sunt, inquit, mihi pauci, satis est unus, satis et nullus. Egregie hoc tertium. Epicurus cum uni ex confortis studiorum fūrūm scriberet: Hæc, inquit, ego non mīhi sed tibi: satis enim magnū alter alteri theatrum sumus. ista, mihi Lucili, condēna in animū sum, ut contentus volup̄tātē ex plurimā aspēctō venientem. Sic nostrūm quibulat dicit: Unus mihi Angelus, unica conscientia, Deus unus pro urbe, pro regno, pro Orbe toto, pro omnīū oculis & auribus est: Satis mihi est, si paci, satis est si unus, satis si nullus sciat, quād ego hæc tenuis perfec̄ter, tum pertulerim. Sic Christianorūm quibus ad Christum: Alter alteri sat magnum theatrum sumus; Christē tu mihi longē amplissimum theatrum obediens, Amoris, Patieniæ, & omnīū virtutum: Ego tibi theatrum copiosissimū misericordia sum, & omnīū fērē viorū. Hæc sincera est intētio, quād hūmānū oculis laborat, & omnia iūdēm tolerat; humanos oculos, adscit, adscit, periinde aestimat.

XI. SIGNVM.

Vituperii non dejici, nec innumeris aliorum respectibus deterri a beneceptis.
Notum, quid responsi Bernardus in cacoetanomem
aptissime regeserit. Laudator illum diabolus largissi-
mè, & quām tu hoc praeclarè facis, quām insigniter
cūm non movere cur, veritū stylum veterator, &, quām
nihil est quod agis, quām incepisti & impulsus agis omnia;
cela, mulcis domiciliū stius. His sanctus ille vir hoc
unum respondebit: Propter te non cœpi, nec finiam pro-
ptere. Hanc bona intentio loquendi formulam habet
Non incepi ut laudarer, nec de finam cūm virtuper.
At dicas: Si herus, aut hera, aut alius quis, in cuius gra-

A tiam laboratur, & cuimeroit probetur placeatque la-
bor, eum tamen tantopere sibi displiceret non obscurè
significet, quis id non agreterat? Id sanè non agreterat
pura intentionis homo, sed ita secum ratiocinabitur:
Feci quod potui, idque optimâ mente: quod vero
hunc aut illi non satisfecerim, jaçuturam non grandem in-
terpretor, modò Deus & ego amici sumus; hic, nisi val-
de me fallo, extra culpam sum. Vani/fima spes est om-
nibus se placitum sperare. Num ideo ad restum pro-
perem, quod laudatus non sum, quod displiceremus?
Propter haec ergo nunda non coepi, non finians propter
haec. Mihi Deus & laboris merces, & laus est, & omnia
est. Ita bona intentio philosophatur. Er verè, magnam ha-
bet cordis tranquillitatem, qui nec laudes curat nec vituperia. *l. 2. c. 6. n. 2.*
Felix qui hoc elegi meretur: *Non est tibi cura de aliquo, Matt. c. 22.*
non enim respici personam hominum. Verbum vetus est & *v. 16.*
verum: *Despectus, suspicio, & respectus evertunt Or-
bem.* Non est simplicitatis, sic alios respicere, ut obli-
viscaris tui: *Estate simplices sicut columba.* Lothi uxor ad So-
domam & igneum imbreu reflectixi oculos, & periret. *Matt. c. 10.*
Stephanus à faxâ grandine avertens oculos ad Chri-
stum suspexit, & sanctissimè finiit. Christi vox est: *Quid Iom. c. 21.*
ad te tu me sequere. Culpente te alii an laudent, quid ad *v. 22.*
te? ad Christum suspicere, hunc sequere, aliorum vitupe-
rie rectâ intentione despice. Non est vitii vituperari, sed
vituperanda facere.

XII. SIGNVM.

AD utrumque semper promptum paratum est. **11.** **A**d
Philippus III. Hispaniarum rex, hoc sibi familia-
re habuit symbolum, **AD VTRVMQUE**: quod leo ex-
preficerat qui dextro pede crucem & oleam, altero eque-
stre hastam praeferat. **B**one mensis & intentionis est.
homo, sicut **AD VTRVMQUE** paratus est, ut apud eum
nullo fere discrimine sint adversa & prospera, opes &
inopia, honor & contemptus, favor & neglegctus sui, va-
leudo & morbus, longa & brevis vita: huic tali perin-
de est, in divitias aut paupertate, in morbo aut integris
viribus, ridente aut stomachante fortunam vitam exige-
re; circa haec omnia indifferens est, prout ea Deus ex
alto immiserit: Deum querit iste, hac an illa viad
Deum pervenire possit, illius non interest, modò per-
veniat. Qui aliquid tam paratè facit, non est dubium,
quoniam libenter faciat.

Mathematicorum est de numeris, lineis, dimensionibus, & circinationibus agere: an vero figuras mathematicas chartas, an ligno; plumbō, an argento, aut etiam atenae imprimit, quod Archimedes fecit, id ipsi cura non est, cum omnis eorum disseratio circa quantitatem abstractam, quam vocant, se sit occupet. Si omnes quotquot feriò virtuti student, intentione tota feruntur in Deum, Deique honorem: si jam ipsam expeditum sit per adverfa hanc meram contingere, quam per prospera, per inavleitudinem quam per sanitatem, per egestatem quam per abundantiam, nil sanè altercatur, forte sua contenti, & parati ad utrumque, faciles in omnia; a quo certe ferunt animo cuncta quae eveniunt: nemo horum est qui non vel uno die centes dicit: *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum.* Pronissimus in tuam abeo voluntatem. Quod si omnis generis adverfa, si paupertas, ignominia, dolor, breviorum illis tutiorumque ad Deum trahit, monstrant, quam prospera, quam opes, honor, voluntas, hic illis deliberatissimum est, præ opibus, honore, voluntatibus, paupertatem, ignominiam, dolorem obvios ulnis amplecti, nec queri quidquam de difficultate vitae, cum ad tantam ducat amicitatem vitae, & quidem aeternæ.

Quisque hanc rerum notitiam adeptus est, persuasum sibi habet, omnia que in Mundo sunt, optimè à Deo administrari, scit, omnia hæc ad quem genuimus, quæ expavescimus, esse tributa virtutæ, quorum immunitates esse tributæ.

De rectâ intentione Lib. II. Cap. X.

300

speranda sit, nec perenda, cum non accidant ista, sed decernantur. Et isto quidem modo tam rectâ intentionis homo ad id fastigii ascendit, ut jam incipiat nil optare, aut sperare, nil appetere, timere nihil nisi Deum & peccatum, illum ut summum bonum, istud ut omnium malorum maximum.

Si horum omnium signum summa sit ineunda, compendio hæc numerantur. 1. Nil turbulenter aggre-
di. 2. Continuo affectu ad bonam intentionem duci. 3. Ob agendum non anxius esse. 4. Rebus peractis non sollicitè indagare quid alii sentiant. 5. Eventu laboris improspero turbari. 6. Inanem gloriam omni modo fugere. 7. Ab invidiâ immunem se tueri. 8. Judicia humana posse contemnere. 9. In omnibus qua carni grata temperansimum esse. 10. Non publicum, non speculatorum vel auditores ambiare. 11. Opinibus non seduci, vituperis non dejici. 12. Circa omnem vitæ tenorem, ad utrumque paratum & indifferenter esse. *Quam bonus Israël Deus, his qui recto sunt corde & qui unum id unicè laborant, ut hac salutis signa in se deprehendant.*

*Psal. 72.
v. 1.*

Aliquot conclusiones de R E C T A I N T E N T I O N E.

Opinabantur veteres, principiam hominis pulchritudinem in oculis esse, cum in his primariam sibi sedem delegerit frontis elegantiæ. Nam et si totius vultus symmetria & proporcio requiratur ad formam, nullatenus pars in facie est, per quam animus animique affectus ita trahantur, sicut per oculos: Ceterè per vitreos hos globulos cor perlucet. Hinc prisci poëtae, Deorum formam laudantur, ab oculis laudantur; Homero Minerva Glaukopis, Juno Boopis, Musæ Helicopides dicuntur.

*Lue 6.17.
v. 34.*

Hæc veterum opinio, formosissimum in homine inesse oculi, longè certissima est, si de interiore hominis pulchritudine sit fermentum: *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.* Hi oculi admirandam homini conciliant pulchritudinem, totum redditum formosum. Per oculum, intentionem homini designari, jam supra demonstratum est. Nunc illud restat, ut omnes has de bonâ & malâ intentione præceptiones in compendium conferamus. Idcirco conclusiones five de cœta & placa Theologorum super haec subiungemus.

Prima Conclusio.

Tres con-
ditiones
boni ope-
ris.

*Matt. 6.
v. 23.*

Recta in-
tentio effi-
cit eternæ
vitæ meritoria.
Indifferenta opera
omnia opera
indifferen-
tia.

Operis boni cuiuscunque quod mercede dignum sit, tres sunt conditiones. 1. Ab initiaitate. 2. Adit gratia. 3. Non desit intentio recta. Si una harum defuerit, opus nec Deo gratum, nec homini utile, ac sine merito est. Quod primam conditionem attinet, excludit hæc omnia opera ex se, seu ex objecto (ut loquuntur) malâ, ut est luxuria, invidia, &c. nonquam bonum pannum dicemus, cuius stamna & licia omnia sunt mala. Altera

conditio boni operis est, ut illius auctor apud Deum sit in gratia, que omnium meritorum fundamentum est: quamdiu quis Dei hostis est, ramdiu non agi quod gratum sit Deo. Tertia, intentio bona: nam uti quinque illæ dormitantes fatuæ sine oleo admittenda non erant a spuso, ita nec opera nostra probantur Deo sine rectâ intentione. Inanibus votis pulsamus celum, si bona intentionis desit oleum. *Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.*

Altera Conclusio.

Omnia indifferenta opera, Recta intentio efficit eternæ vitæ meritoria. Indifferenta opera jam supra diximus ea esse, que ex se nec bona nec mala; uti sunt comedere, bibere, legere, scribere, ambulare, pingere, dormire, laborare, negotiari, nundinari &c. hac enim omnia ultra naturæ vim nihil habent: at si bona intentionis.

Ario iis jungatur, novam induunt dignitatem, & promerentur eternum præmium; modo divina gratia omnis meriti fons non ablat. Ita prandendo, canendo, dormiendo &c. promereri nos posse cœlum benignissimus Deus voluit. Nam in hac tali actione tria illa, quæ dixi, conjunguntur. 1. Abest malitia; edere enim, bibere, dormire &c. ex se nil malum habent. 2. Adeat gratia; hoc enim ponimus. 3. Non deest intentio bona; & en cœlum pro his vult debere Deus. Sic vilissimæ quoque actioniculæ, quæ vix nomen laboris habent, ut sibi facere, explicare, convolare, bacilos cupidare, pecuniam numerare, mensa adflare, inmō & parietes custodire proper Christum (quod Magnus ille Macarius Palladium justus facere) eternam beatitudinem emerentur. An non Deum quidem jure meritissime **BONVM**, an non æquissimo nomine **PATREM** appellemus, qui cœlum venale fecit pretio tam tolerabilis, tam vili? Quod si humanae actionis infimas illas, ad tantam evicit dignitatem Dei gratia, & intentio recta; meliori jure illas ex se commendabiles, ut orare, stipendare, obsequium præstare, exlesti præmio reddent dignissimas.

Tertia Conclusio.

Triplest est hoc conclusio.

1. Mala intentio actionem quamcumque, licet ex excellentissimam ita vitiat, ut nullus omnino sit pretius. Quid tamen generosius quis audeat, quam ut seipsum vivum flame mis obiciat? At si gratia Dei, aut rectâ intentio delectat, nihil habet laudis, nihil virtutis facinus. Clarissime Paulus: *Si tradidero inquit, corpus meum, ita ut ardorem; charitatem autem non habuero, nihil mihi profert.* Et si distribuera in cibos pauperum omnes facultates meas, nihil mihi profert, si charitatis actus, rectâ intentio defuerit.

2. Mala intentio quodcumque opus indifferens mortale efficit. Nam si bonas, in modo optimas quaque actiones suâ contagione corrumper intendo mala, in quanto magis nondum bonas? Lues contagiosissima est

C prava intentio: quicquid afflat, jugulat. Hinc dicere aliquid aut facere ut æstimeris aut lauderis, nil boni habet, quia & fons malus, intentio inanem gloriam oleat. Ita emere, vendere, artes exercere solum ut ditescas; ita cibum & potum capere, somno indulgere, confabulatione, lusus, venatione vacare, tantum quia hoc suave & jucundum, nullius ponderis, & virtutis sunt.

3. Mala intentio, mala actioni conjuncta res longe efficiuntissima, & diabolus opimum spoliun est. Iudiciorum: *Bonum inquit, male uti, malum; sic mala male uti pessimum est.* Hujus generis sunt furari ut habeas quod in lusum, in gam, in impuros amores effundas; nitere velutum luxurias; ut alios ad lascivias pelicias; carpere alterius famam, ut grave nocentium inferas; obruiere rationem vino, ut ad flagitium animosior sis; studere avaritiae, ne quid desit superbia &c. Hoc verè est utroque pede ad Orsum currere.

Quarta Conclusio.

Indifferens intentio, indifferenta operi juncta, nil inter promeretur apud Deum. Theologorum notissimum est: *fatum est: Nullum opus meret naturale, meritorum est: rei vita eterna; qualia sunt: artem mechanicam exercere folius lucrigratia; cibo abstinere tantum fanatis causam per se; deambulationes instituere tempori solum fallendo rei etiam &c.* Hæc actiones nunquam inter virtutum officia cœli ferri poterunt. Et hoc è Theologie scholis sic promonstratur: Omne opus eternæ vitæ meritorum, necesse est ut habeat supernaturale aliquid, quod acquirit per etiam ad Deum intentionem.

Salomonis sacram ædificium divina pagina sic laudat: *Nihilq; erat in templo, quod non auro regeretur, sed & totum altare oraculi texti auro.* Cogitationes, sermones, actus nostri sic auro bona intentionis velutiendi, ut nihil in animo, nihil in ore sit aut opere, quod non hujus auri nobilitatem participet. Ecquid oro, dicit, quid

De rectâ intentione Lib. II. Cap. X.

301

corpus est sine animâ? nec tenuum, nec formam, nec motum habet, miserius trunca est; quid arbor est sine radice? quid domus sine futura & substructione? Hoc est actio sine INTENTIONE RECTA.

Quinta Conclusio.

Homo finitus in omnibus sincerâ intentionis, unus idemque, immutabilis, inconclusus permanet, & quod mireris, nunquam errat suo vel alieno domino. Salomon hoc afferit: Non contristabit justum, quidquid ei acciderit, impia autem replebuntur mato. Illas vires vices evitare non licet, quin jam leci, jam dolentes, jam alacres, jam fâfidi fimus, modò has, modò illas mutationes senciamus. *sed* (ut loquitur Thomas à Kempis) *stat super huc mutabilitate sapiens, & bone doctus in spiritu, non attendens quid in se sentiat, vel quâ parte sibi ventus instabilitatis: sed ut tota intentio mentis quâ ad debitum & optimum proficiat finem.* Nam sic poterit unus & idem, inconclususque permanere, simplici intentionis oculo per tota rarioea eventus, ad me imprætermis directo. Dementia & plebeji per omnia ingeniis est, fortuitis potius casibus, quâ ratione res metiri. Fis subinde ut inter se diversi luctentur venti, sed si supremus sit Subsolanus aut Favonius, apertum cælum & sereni dies perdurant. Sic in homine sincerâ intentionis nonnunquam diverse affectiones inter se certant, at ille simplici intentionis oculo ad Deum imprætermis directo, per eventus maximè dispare, salvus & incolus transiit; & quâ purior ipsius intentio, hoc ipse confitans inter omnes procellas, nec se fisi patitur extorqueri, divinis decretis undecunque immutabilis nunquam non optimè contentus. Sic omnia praterquam animum mutationibus permittit, perinde si quis hodie galæ, cras petaso caput tegat, perendit ligem, paulo post calamus manu verter, & nunc stramine nunc plumis indormiat, itaque vestem mutet aut cubile, non frons serenitatem, non animum. Talis est sincerâ intentionis homo, hac unâ ratione sibi semper simillimus, omnia ad majorem Dei gloriam componit: adversa, non dico, non ferunt, sed vincit; illud marmotis, hoc hominis est. *Si nihil aliud* (inquit Thomas ille) *quam Dei beneficium & proximi utilitatem intendi & queri, internâ libertate perfrui.* Si rectum cor tuum est, tunc omnis creatura speculum vite & liber sancte doctrine efficit.

Addidi: nunquam eum errare qui quidem recte intentionis sit. *Quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Et quomodo is à Vero aut Bono aberret unquam, qui in omnibus quæ agit, & Verum & Bonum, Deum ipsum, intentione semper amantissimè complectitur. *Sic sapientissimos quoque viros multa delinqueret, scio, neminem tam circumspectum, cuius diligentia non aliquando sibi ipsi excedat; neminem tam matutinum, cuius prudenter non in aliquod servidus factum casus impingat; neminem tam timidum offendarum, qui non in illas, dum vitat, incidat.* At hi errores (in vocem politici, ipsi errant, sâpere aliis quoque bono sunt, cautione & documento sunt. Tres illi ex Oriente Dynastæ in errore fuerunt, cùm apud Herodem novi Regis capitalissimum hostem diverterunt; D quia tamen rectissima corum erat intentio, error hic tam illis ipsi quam Christianis omnibus bono fuit: prestatas hic errare, ut multi suos errores dedicerent. Non alter bona intentionis homo (politicè sic loquar) errabit sâpientius, sed suo aliorumque bono. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.*

Sexta Conclusio.

Recte intentionis hostis est maximus humanæ laudis appetitus, & hujus pater, Amor sùp̄fius, nunquam sine improbitate ingeniosus. Nos in rem nostram callidi homines, felibus simillimi sumus: Felis quomodo cuncti ex alto ruat, in pedes decidit, & cadere definito. Quacunque demum ratione nobiscum agat Deus, quidquid minor, quidquid promittat, nos identem ad nos ipso relabimur, & statim vitiis pedibus, malignis affectibus. Blandimenta carnis, hæc nostra

sunt fulcimenta, his basibus nitimus. Quod carni suave, quod gratum, quod deleâtabile, hoc à nobis avidissime ambitur. Verissime dictum ab illo: *In multis caligat occidit Christus intentionis, reficitur enim cito in aliud delectabile lib. 3. cap. 33.* quod occurrit. *Nam & raro totius liber quis invenitur à nave* num. 2. *propriæ exquitationis.* Sic Iudei olim veneram in Berthaniam ad Martham & Mariam non propter Iesum tantum, sed ut Lazarum viderent. Mundanus est ergo intentionis oculus, ut sit simplex & rectus, atque ultra omnia media ad me dirigendus. Quantu fun, è quibus si queras cur hoc facis? responsum aliud non referas, quâm istud: Quia ita mihi placet, quia hoc juvabit, & mel mihi est, quia hoc ad meum stomachum facit, hac re pascor, in hanc meus calor inhiat, hoc mihi volup. Sic nos nobis ipsi semper faventissimi cœnas apparamus, sic veltes dicimus, sic adificamus, sic turulos affectamus, sic omnia facimus suavi semper in nosin indulgentia & miti affectu. Sed & illud felsum felicitate imitatur; illæ vix unquam à domo tam procul asportatur, quin norint redire domum: *Sic nos tametsi à nobis ipsi discessione subinde faciamus per rectam intentionem, brevi ramen redimus ad nos, & cædem quâ prius industria commoda, delicias, lucra, & quidquid nostrum putamus, quætimus.* Cùm omnia fallunt, illud, *Sic mihi placet*, mordicis retinemus, & sic quandoque animi caussa mali sumus. *Virum autem fidem qui inve-* Prov. c. 20. *nierat qui nunquam seipsum, Deum querat in omnibus.* v. 6.

Sepima Conclusio.

Recte intentione ad Deum se semper attollere, omnia facili animo tolerare; Dei voluntatem & honorem in omnibus spectare, cælum est extra calum, & aeternæ ad Deum se semper beatitudinis nobilissimum gulatorium, quo nobis proattollere pinatur summum bonum. Augustinus: *Quidquid tibi est beatum, inquit, aliud dederit, minus est quam ipse; alis non gratis, tundim non ut aliquid ab eo accipias: gratis cole, & ipsum accipies.* *Quod biles gustat, enim dulcis à Deo premium quam Deus ipse.* An non amantissime nobiscum agit munificissimus Deus, qui ad hominem nos servitum sic invitat: *Quo plus premii petis* hoc mihi chario es servus; plus autem petere nequis, quam meipsum, *summum bonum* hoc ipsum non negabo, si tamen aetiones tuas ad hoc disponueris.

Quâm illud cupiditatem nostram suaviter demulcent, si esset qui promitteret in horas singulas quinque aureos, modò singulis horis bis tere feriò quis faceretur, se id quod facit, in gratiam aureorum facere. O Christiani, quin hoc tandem capimus! quâvis horâ non quinque aureos, sed summum, sed omne, sed infinitum bonum promereri possumus, modò quot horis ad summum bonum honorem, id quod agimus, referamus vel unicâ tali cogitationculâ: Mi Deus, hoc tuo honoris facio: Domine propter te omnia. Dum hanc vitæ militiam fecit, asiduè clamandum DOMINO & GEDONI; DEO Iudic. c. 7. & DIVINÆ GLORIÆ; DEO & DIVINÆ VOLUNTATI. v. 18.

CAPVT XI.

Abhortatio ad Religiosos, ad Aulicos, ad omnis Ordinis homines, RECTÆ INTENTIONI exercende.

Ad Religiosos.

CVM RECTA INTENTIO Amoris sit omnium profus humanatur actionum, nihil aquæ magis curandum, quâm ne illa in obliquum derorqueatur. Finitimè plerunque ut quâ nitidus quid est, eò citius inficiatur; quâ tenerius, eò facilius ledatur; quâ præstantius, eò gravius impugnetur. **INTENTIO RECTA** cùm sui vigoris est, nitidus profus, tenerima, ac præstantissima est, hinc tam citò inficitur, tam facile leditur, tam graviter impugnatur.

Ipsa quidem Religio commissos sibi clientes docet

omnia

De rectâ intentione Lib. II. Cap. XI.

502

Omnia rectâ intentione obire sed heu quam facile ac pronum est errare, nec ferè quidquam minus haberet negotii quam leipsum decipere. Nemo hic vesti sua credit, sed leipsum altius rimetur, & sua intentioni vigilans curis, attendat. Nil usitatus Stygio leoni quam horrifica jubes sanctâ ueste regere. *Tria sunt occulta*, inquit Bernardus; *illicita actio, dolosa intentio, impudica affectio*. Actionem illicitam & affectionem impudicam licet effugeris, dolosam tamen intentionem non tam facilè cavebis, quæ mille ostiis novit in intimos animi recessus se penetrare.

Bern. in
serm. brev.
serm. 2.
Tria oc-
cultâ illi-
cita actio,
dolosa in-
tentio, &
impudica
affectio.

Et vide obsecro, quam lubricis illapsibus dolosa intentione omnia pereret. Quid laudabilius in homine religioso, quam temper esse in actione, & jam rudibus descendis, jam confessionibus excipiendis, jam concionibus habendis, jam agris instruendis occupari. Sed in has ipsas religiosissimas actiones quam arcana malignitate obliqua lele insinuat intentio! Nam, subinde nihil malum quā agere, sed non tam ut agamus, quā ut tandem nostrum minuamus: prodire cupimus, non ut multis prosumus, sed quia latere non dicimus: labores variis ambimus, non ut otium fugiamus, sed ut in pluriū notitiam veniamus. Non operosum tantum, sed & religiosum est concionari; at omnem concionis fructum non à conatu, sed ab eventu adestimare; auditores paucos, aut pauperes, simplices aut paganos spernere; celebriores cathedras non apto quidem ambitu invadere, sed occultis meatibus aditum in illas sibi aperire, & ea pro suggestu differere qua admiratione sint potius quam instructioni, qua doctiores faciant auditores non sanctiores, corruptam protus arguit intentionem. Eiusdem generis est, à viliorum hominum confessionibus audiendis abhorre, aut saltum tam promptum non esse, quam cum primates viri feminaque confluunt. Eodem spectat, in scholis non sine pompa & ampullis docere, in scientiis præcellentem se ostendere, alios tanquam ex folio delpicere, & omnem curam in hoc intendere, ut palmarum laudemque nemo, vel paucissimi præcipiant: ceterum temere, inconstantem, & inconsulē pleraque aggredi, nullam injurie ferre imaginem, & pene omnia ad plaustrum facere, nec suaviorem musicam ullam putare, quam audire: hic ille Rhetorum facundissimus, hic Magnus ille Concionator est, ille acutus Philosophus, hic ille profundæ scientiæ Theologus est. O Religiosi, servi Dei, hoc est nobilissimas merces pretio vilissimo vendere, in quo in ignem abhincere. Vide, quorū mores Chrysostomus deplorat his ipsiis verbis: *Ita etiam nunc iis ueni in Ecclesiâ: ignis omnia, reprehendit. Honores querimus ab hominibus, & amore gloria accendimur. Honores servi factissimus, Deo dimissus. Non amplius possumus increpare eos qui à nobis regantur, cum ipsi quoque eadem febre teneantur; & ipsi egenus medicina, quos Deus posuit, ut alii mederemur. Quenam autem iam restat spes salutis, cum uero qui medentur, aliorum manu indigent?*

Moses bis
é petrâ vir-
ga aquas
scaturire
fecit, cur
non utro-
que factu-
Deo pla-
cuit.

Exod. c. 17.
v. 6.

Num. c. 20.
v. 10.

Ibid. v. 12.

Hom. 10. in
ep. ad Ephe-

Moses bis é petrâ virga aquas scaturire jussit, sui scipionis illis, sed non utroque facto Numini placuit. Et qua causa, discrimini? utrobius enim ingens miraculum, utrobius ad iustus divinos, laxum virgâ percutit, utrobius de solidi faxi vulpere patefecit flumina. Ratio diversitatis hæc fuit: Primo illo prodigio, dum Moses virgâ scopulum tetigit, intentissimos oculos in Deum fixit. Deus enim pollicetus: *Ego, ego, inquit, fabo ibi coram te supra petram. Hore percutiesque petram, & exibit ex ea aqua, ut bibat populus.* Altero autem prodigio hic idem Moses, non in solo Deo defixos tenuit oculos, sed in Israëlis populo. Nam: *Audite, inquit, rebelles & increduli, num de petrâ vobis aquam poterimus ejercere?* Non placuit hic Moses, ut ante Deus ipse in illum & Aaronem commotior: *Quia non credidistis mibi, inquit, ut sanctificaretis me coram filiis Israëli, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis.* Tanti refert, cum quid

A facimus, oculos in Deum, an alio convertamus. O Religiosi, vos quidem petram virgâ percutitis, cum carnem jejunis, flagris, vigilis atteritis, sed nisi vigilantes rectissima intentions oculos in Deum assidue figitis, non placetis. Ingrata sunt, vana sunt omnia obsequia, quæ non commendat intentio recta. Ergo dum manus inhaeret operi, oculus affigatur Deo.

Moris erat in Ecclesiâ Graecanâ olim, ut cum presente populo panis ad aram offerretur sacrandus, a minister consenso suggestu plebem his verbis commonebat: *SANCTA SANCTE.* Hoc voluit, ut rem sanctam, sanctitatis affectu prosequerentur. Sic & Deus olim precipit: *Iustæ quod iustum est, persequeris, ut vivas.* Idem in ceteris actionibus omnibus servandum, ut quod bonum, v. 10. bonâ quoque intentione, quod optimum, intentione quoque optimâ exequamur. Huc sanè unusquisque religiorum in cunctis omnino actibus omni studio contendat, ut sancta sanctè fiant, ut & ipse sanctissimi Regis imitator dicere possit: *Providebam Dominum in contemplatione meo semper.*

Ad Aulicos.

SIpso martyrem faceret non causa, multos Aulicorum, velut sanctissimos martyres afferat vix dubitarem. Religiosis multa sunt preferenda; saepe tamen non minus Aulicis, quibus Religiosorum unus aliquis optimè dixerit: Videbis cruces nostras, sed non videns unctiones nostras. Cùm vero de Aulicorum misericordia est, licet hoc vertere & cantare: *Videntis unctiones illorum, cruces illorum non ita videntur.* Varium illi habent à voluptate unguentum, sed non minus varium habent hinc illine cruciamentum, & crebro tale, quod unguentis illis & unctiōibus parum juvetur. Quantum est, vel unicum illud tormentum, ex invidiā aut suā aut alienā labore l. crux est & ingens, tam hinc agere quam pati. Suis invidiā titulus aicit Chrysostomus, cum eam diaboli telum, homicidii radicem, omnem & excusationem indignam, solam sibi nocentem & invidiā pœnam, malorūque omnium matrem appellat. Invidiam ajet in aulis adolescere & educari, nescio an non etiam seneferc illi dicamus. Grande hoc malum, nec ullum facile remedium invenit, quia vix ullum non spernit. Neque solum invidiā malum proprie inabiliabile multos in aulis exercet; alia quoque non defunt, quæ melius tamen vinci nequeunt, quam tolerando. Notissima vox est ejus, qui in cultu regum confuerat. Cùm illum quidam interrogaret: *Quomodo rarissimum rem in aula confutet?* *infectum est, Injuries, inquit, accipiendo, & gratias agendo.* Nam potentiorum injuriæ hilari vultu, non patiēt tantum ferendae sunt. Sæpe adeò injuriam vindicare non expedit, ut ne fateri quidem expediat. Ergo licet in aulis Fortuna bona, fortuna aurea, cum maximis copiis immigraffe videatur, nū tamē sapientis in subdium vocetur & Patientia, nū la felicitas in aulis diu salva erit. Etiam in amplissimis palatiis & regum turribus, patientia opus est & quidem crebrâ, & saepe non vulgari aut plebeja. Si ars patientiæ desit, innumeris omnia querelis miscebuntur: vix nullus suo se pretio satius astimatum crederet; omnes aut majora se sperasse, aut minorā meritis impetrare dicent. Nobilissimum in hæc omnia mala est antidorum recta intentio. Sine hac vanitas vanitatum, & omnia vanitas, quæcumque Regibus delata obsequia. Ceterè Deus convenientissimo præmio eos remunerat, qui omnem suam industriam prævâ intentione corrumperunt. Sunt qui solis Principum oculis & auribus serviant, mōdò illos implent, has occupent, hoc summi votorum ducunt: de rectâ in Deum intentione assidue diligendâ, parum laborant; Dei gratiam uti non spernant, ita fane nec ambiunt, sed nec aliter vivunt, quam si aperte dicant.

tē dicant: *Quis nobis pecuniam de celo?* Regum aurea manus nostra marsupia saginant; aureos ē celo imbre exspectet qui volet, nos ab aulis excipimus opulentas has pluvias. His regum favor summa felicitas est, ac tum demum beatos se credunt, cūm Principum oculos sibi maximē propitios & annuentes habent. Hos, inquam, Deus, prout de illo meriti sunt tractare exequitur, quādoque illi omnia alia quām sperarant, eveniunt: illis ipsis oculis, quibus devotissimi erant, displicere incipiunt, nec jam amplius, ut olim, tam patentes ac benevolas aures obtinunt. H̄is illi cælum & terram querelis incelfere, nil suis obsequiis dignē rependi, meliora se meritos; si humanum desit auxilium, Deum in iurie sua forte vindicem. Et quid vos, ô boni, Deum in vestram partem trahitis? Principis oculos observatis, non Numinis; omnium laborum vestrorum intentione in aulam ibat, non in cælum. Vos jam sine fronte, subsidium ē celo, quod nunquam quæsiuitis, opem a Deo, cui nunquam servisstis, speratis? *Vbi sunt Dii in quibus habebatis iudiciam?* de quorū viciis comedebatis adipes, & bibebatis pīnum libanīnum: surgant, & opitulentur vobis, & in necessitatem vos protegant. Hæc dignissima illis merces est, qui rectam intentionem quam uni Deo debebant, in homines obliquam detinuerunt. Demum ab hominibus & Deo justissimē deferti, sibi ipsi relinquuntur in exitium. Tanti est rectam intentionem, quam Deo universi debentis, improbo furto in servitatem humanam traducere, etiam de divinis oculis neglectis ad humanos omnem sua industria intentionem avertere.

Vos ergo, quicunque aulas sc̄ētāminī, per vestram salutem obsecro, hoc salem velitis, sc̄ilicet labores vestros non perdere: nec enim utilius quidquam est, quām sibi sic uelim fieri. Placeat vobis virtus, & ante omnia intentio recta, non quia delectar, sed ideo delectet, quia placet; minima maximāque ē consilio recte intentionis vobis gerenda sunt. Sæpe Deo gratior est modus agendi, quām auctio ipsa, quāvis præstantissima: Sic ut cibus exquisitè conditus, suavior interdum est, quām aliis longè pretiosior, si male conditatur. Quid humilius Davidis ante Arcam salutatione? In eā tamen affectus & præclara intentione mihi placuit. Deo disciplicere nequit quod recta intentione provenit.

Intentio recta multis Aularum malis suaviter medet, poterit, si admittatur. Reperiuntur in Aulis, præter illos quos diximus, nec pauci, qui quāvis vultu rideant, animo tamen tristes & omnia deplorantes, quibus nulla non causa in querelas placeret, perturbati & omnia gementes, quibus nec aureus imber satis sit, ut queri desinat. Infelix genus hominum, quibus nihil placet, nisi quod ipsi faciunt; quibus, quidquid datur, semper minus est quām cupiverant, vel sperarant. Ocumnos! sed vestra culpă; quod de Aula conquerimini, hoc nupsiam inventur. Cogita ergo sāpius, nullam esse tam bonam felicitatem, de quā nihil queri possumus. Quisquis autem recte in omnibus intentionis D est, contentus est se teste & suā conscientiā, teste Deo & celo: omnium, quā meritis suis non respondent, Deum debitorem appellat. Sum in Aulis alii, primis illis non multū absumiles, quos non benefacere deleat, sed videri beneficisse, qui gloria dediti, rebus suis omnibus pompam induunt, qui Principum oculis aut auribus ostentatricem & inanem operam vendunt, omnium minime solliciti de recta intentione. Ut quidam fructus ad vidēni voluptatem sunt, non ad gustum; & ut quādam obscuriora gemmæ interdum ab artificio & circumposito auro lucem accipiunt optimis parem, sc̄illorum functiones splendescunt adficitissimis radis fasciæ solertiae. Verē de his Gregorius: *Cum se offendere alieni oculis appetunt, dannant, quod agunt.* Horum inanissimi sunt labores & planè nulli, quia recta intentione destituti. Quod si frustra fatigari nolint, discant in-

A tentiōnē rectam actionibus omnibus misericere, & omnem muneri suo pompa detrahere, discant plurimum facere, & minimum de se loqui.

Sed sunt etiam in aulis, qui, cūm eorum maxima sit cura, gratiam & favorem ambiere, vices periclitantis dignitatis, & voluptatum fugitivos ac mirabiles vultus assidue formidant. Hi vitam leporis agunt, inquieti semper & trepidi, atque ad omnem aucta fibilum pericula somniantes, alia illos ex alia fatigat curā, qui si recta intentione animum firmarent, extra metum & tremores iste viverent, Deo nixi non humanis favoribus.

Quid porr̄ de iis sentiendum, qui omnium minime ferre possunt, quod ipsi metuunt, hoc est, invidere aliis & amulari. Aliorum invidiā cūm perturbit, res ipsi intolerabilis videtur, verū se alii invidere suayissimā sui indulgentia dissimulant. In hos jam suprā prouinciamus; Recta intentionis hostis est, quisquis invidiā tam familiaris est. Equid alteri alteris noxam inferre tam laboriosè contendit? Imperitorum hoc est, qui dum hostem ferire statuunt, sc̄ipios aduerso telo transverberant. Nemo alteri vel leviter invidet, quin sibi ipse plurimum noeat.

Aude animo invidiam contemnere: non nocet illi.

Quem petis, auctori sed nocet illa suo.

Concis itaque, quisquis es, amulos tuos tuā patientiā, & recte factis macerare, nec vincis. Scis, quām bene aut Phæthon curru, aut Icarus pennis sit ulus: Si te altius supra alios effere volueris, cades.

Neque vero desunt in aulis quos deliciarum confusudo corpori blandiens, & pictatis quasi superfluae obliuio eō dederunt, ut sibi ipsi tantum in precio sint, alios quasi ē sublimi despiciant, & nihil pro se faciant: impotentiores premant, & omnem iurū vel umbram horreant. Tam autem gratioſa virtus est, ut inſtitutum sit etiam malis, probare meliora. Quis illorum est qui non beneficis videri velit? qui non inter scelerā & injurias opinionem bonitatis affectet? qui non iis quāe impotentissimē facit, speciem aliquam induat recti? vellet etiam & in videri beneficium dedisse, quos hæsit? Gracias itaque agi sibi ab his quos afflxere, patiuntur, bonosque se liberales fingunt, qui præstare nolunt. Sed & hos recta intentio (si tamen disciplinam admittant) docebit, vite tractum prospicere, & alternantis fortuna vicissitudinem contemplari: discit humanæ fragilitatis non obliuici, nec summa sui fiducia extollit, adversus minores humanitatem, adverſus maiores reverentiam servare, le nos ejusmodi odiososque mores exire, omnia sine contumacia sic agere, ut nulla sit in audiendo difficultas, nulla in respondendo mora, & ipsi, cū opus, ad omnia quāe agenda sunt, quietā cūm industria adſint. Sed & illud doceat recta intentio: Si imbecillior est qui te hæsit, parce illi; si potenter, tace, & fortunam tuam, quācunque illa sit, reverenter habe.

Noris sapienter dictum: *Dum excelsus steti, nunquam pa- Seneca*
vere destiti. Nam

Fortuna magna non caret formidine,

Nec splendor enim vacat periculo:

Et quidquid atrum est, haud tutum du manet,

Et quod ruat vel invidiā, vel tempore.

Ne nimium tibi fide, inō nihil, quisquis es, propositi- Ovid. l. 3.
que memor contrahe vela tui. Frequenter eminentis vi- Tripli-
te exitus huius, cadere. Qui casum meruit, omnium aetio-
num sequatur ducem rectam intentionem: hac qui car-
ret, nec sibi commodat, nec aliis. Non dat beneficium,
qui malo animo prodeat. In precipitum tendit, qui
suas actiones non optimo fine insignit: incassum labo-
rat, qui Deum laboris terminum non cogitat; omnium
servorum miserrimus est, cui recta intentione deest. Nō-
lite igitur, ô Palatini domini, ô quicunque Autici, nōlre Hier. c. 4.
serere in ſſmas: Nolite meritis vestris tantam inferere con- v. 4.
tumeliam,

tumeliam, ut cā velitis cælesti præmio fraudari. Obs-
cro non ambitione, non famæ, non oculis labore,
quidquid laboris vestra vobis munia exhibeant; & quid-
quid demum tolerandum veniat, non favori & gratia,
non numis & opibus, non ostentationi & gloria tole-
rate, sed Deo, cui se nemo unquam aliter probaverit,
quam rectâ intentione.

Ad omnis ordinis homines.

Optime dixi: mihi visus est Diogenes, qui aiebat: Homines ea, quæ faciunt ad vivendum, summâ curâ perquirere, sed quæ ad bene vivendum conducant, nihil pendere & negligere. Ita prorsus est, omnes hoc agimus, ut res nostras agamus; quam bene, & quâ intentione agamus, paucissimi sunt qui ferunt ad id animum applicent. O Christiani, non solum quid faciamus, sed quo id animo faciamus, maximi momenti est. Hinc contra Sardeniem Antistitem Apocalypticus ille Angelus Joannes gravissime conqueri jussus: *Scio, inquit, ope- rata tua, quia nomen habes quid vivas, & mortuus es. Non enim invenio opera tua plena coram Deo meo.* Episcopi hujus operæ hominibus quidem plena & præclara videbantur, sed non talia erant coram Deo, qui intimam hominis intentionem inspicit, ideo illa ut vacua prorsus & inaniam acculcuntur, carebant enim rectâ finis intentione. Ideo etiam hic ipse, Sardenis Ecclesiæ præfus, mortuus pro-nunciat, tametsi ab aliis inter vivos censeretur.

Qui sunt mortui qui in orbis vivere creduntur.
Matt. c. 6. v. 22. & 23. *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Diximus jam suprà: rectâ agere, ut inferos evadas, imberalis servi est: ut celum obtineas, quæstus mercenarii: ut Deo placeas, hoc deumini charissimi est filii. Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala. Verè thesaurus cordis, intentio est cogitationis. Intentio est, inquit Augustinus, quâ facimus, quidquid facimus, que si munda fuerit & recta, & illud affluens quod aspiciendum est, omnia opera nostra, que secundum eam operantur, nesciis est bona finis.*

Virtus confitit in facientis, aut tolerantis intentione. *Nam virtus non in eo quod datur, quod fit, aut quod toleratur constituit, sed in ipso datur, aut facientis, aut tolerantis animo & intentione. Quia in re pensandum est, inquit Gregorius, ut omne bonum quod agitur, per intentionem semper ad cælestia levetur. Intentio est que parva ex tollit, lordida illustrat, magna verò & in pretio habita dehonestat, prout ipsa vel recta vel prava est. Illa quæ appetuntur, neutrā naturam habent, nec boni nec mali: id referit quod ea intentio impellat, hæc enim formam dat rebus. Omnes virtutes ruunt sine rectâ intentione, quæ vita virtutum est, & omnium meritorum scaturigo. Bernardus in illa Domini verba (*Th. autem cum jejuna, lava faciem tuam*) *Per hoc, inquit, quidquid faciem lavare, precipit nobis intentionem puram servare: quia si decor corporis in facie, ita decor totius operationis animæ confitit in intentione.**

Cælestis rex sponsam suam à proceritate commen-
Cant. c. 7. v. 7. *dat: Statuta tua, inquit, assimilata est palme. Hoc encor-*
mio bona intentionis rectitudinem ac firmitatem ap-
positissimè designat, quæ constans & recta perpetuò le-
ad Deum erigit, quod palmae proprium, in altum sci-

Alicet ramos emittere, & inter arbores eminere. Sponsa sic laudata, ne ingratu animi sit; *Omnia, inquit, poma illa*
nova & vetera, dilecta miserravi tibi. Me meāque omnia
fanctissimæ voluntati tua trado, honori tuo me totam
conserco, oculos meos rebus omnibus clausos, tibi uni
aperio, illos in te solum intendo, sed & omnibus mem-
bris aliis in tuum duntaxat famulatum utor. Quâ ve-
rò ratione membra omnia divini servitius impenden-
tia sunt, insigniter Chrysostomus: *Oculum, inquit, tibi facit:*
oculum illud utendum exhibe, non diabolos quodam verò
illi exhibebis: si creaturæ ejus vistis ipsum glorificaveris, vistum. *Omnia*
que à mulierum conpectu abducitur. Fecit tibi manus; illa
ipsi posidet, non diabolo, non ad rapinam & avaritiam, sed
ad ipsius mandata & beneficia, & ad continuas precies, & ad impensas
succurendum deficitibus eas porrigit & extendens. Fecit tibi
*auræ; illas ipsi exhibebit, non lascivis contentibus, obsec-
tis fabulis, sed omnia meditatio tua sit in lege Ecclæsi. Os tibi*
*fecit; illud nihil agat eorum: quæ illi non probantur, sed pala-
modias, hymnos, & spirituales odas concinito. Fecit tibi pe-
des; non ut ad malitiam curras, sed ad ea que bona sunt. Fe-
cit tibi ventrum, non ut eum cibis rumpas, sed ut philo-
sopherias. Dedit indumenta, ut tegamur, non ad ostentationem,*
*non ut illa quidem mulierum habeant auri, Christus verò mu-
lius pereat. Casam, pecunias, & fruges dedit, non ut soli ha-
beas, sed ut & aliis, præsertim egenis impertias. Hæc omnia*
doctet rectâ intentionem, que omnes humanas actiones
ad Deum elevat, nec quidquam in le venale haberet,
*sibi semper bene conscientia, infatigabilis, omnibus expo-
sita, nudo homine contenta; nunquam enim usque cō-
interclusa sunt omnia, ut optimæ intentioni locus non*
sunt. Nunquam rectâ intentione uritur, nec sibi odio est,
nec quidquam mutat, quia semper sequitur optimam,
unum Deum, summum bonum. Illuc ergo ascendit,
unde nulla vi detrahitur: quod nec dolori, nec spei, nec
*timori sit aditus, nec ulli rei, quæ summi boni com-
plexum eripiat. Intentio rectâ quidquid adversi eve-
nit, perficit, non patiens tantum, sed etiam volens & recta illa*
hilaris, omnimeque temporum difficultatem seit legem
esse naturæ. Intentio rectâ, optimum est, etiam pessime
*mae fortuna, condimentum. Et ut bonus miles vulne-
ra non horret, cicatrices enumerat, & transverbera-*
*tus telis mortis amat eum, pro quo cadit, Imperato-
rem: sic rectâ intentione vetus illud præceptum, DEVX
SEQUEVERE, pro regulâ, habet. Deinde tempore to-
tis sequitur viribus, nihil unquam, quod Dei causa fia-
ciendum, reculat, apertrum quavis pro Deo prom-
pissimè amplectitur; Deo in omnibus parere, maxi-
mam libertatem judicat; pro Deo mori, felicitatis ius-
jucundissimam clausulam arbitratur. Hac ratione re-
cta intentione nunquam sine lucro est, quacunque se vel
leviter moveat, maximos quæstus facit, nihil frustra
tentat, è rerum eventu non pendet, omnia ei ex sen-
tentia cedunt, neque impediti illâ ratione potest. Et
quamvis nondum sit in regno, ad regnum tamen &
quidem aeternum se natam novit. Oculatissima est re-
cta intentione, inquit tota est oculus, sed qui continuo fi-
xus hæreat in Deo. Quicunque igitur rectâ intentionis estis, putate Deum vobis dicere: *Quid est quod de me queri possitis vos, quibus rectâ placuerunt? Alii*
bona falsa rapiunt, & apertos gerunt inanes, velot
*longo fallacieque somnio lusos. Auro illi, argento, & Seme-
nate pretiosa ornantur, intus boni nihil est. Iste quos de pro-*
*pro felicibus apicitur, si non quâ occurruunt, sed quâ la-
tent, videritis, miseri sunt, lordidi, turpes, ad limi-
tudinem parietum suorum extrinsecus culti. Non est*
tenuis. Itaque dum illis licet stare, & ad arbitrium
*suum ostendi, nitent & imponunt: cum aliquid in-
cidit, quod disturbet ac detegat, tunc appetat quantum aliae ac veræ fæditatis alienus splendor abcon-
derit. Vobis dedi bona certa, manuaria: quando ma-**

gis ea

gis ea versaveritis & inspiceritis: meliora erunt majora. Permisit vobis metuenda contemnere, cupienda fassidire. Non fulgetis extrinsecus: bona vestra intorso obserua sunt. Non egere felicitate, felicitas vestra est. At multa incident tristitia, horrenda, dura toleratur: quia vos bono vestro his subducere nolui, animos vestros adversus haec omnia armavi. Ferte fortiter, & assidue in vobis rectam intentionem, velut ignem jugis sacrificii restaurare.

Igitur, ô Christiani, in vobis ac vestra voluntate sum est, nunquam aut semper errare, rarius an continueri velitis. Recte intentionis inopiam nemo patitur nisi qui vult: prima siquidem & maxima pars illius est VELLE. Quisquis sincerè omnia propter Deum vult, hic virtutibus omnibus per comprehendit studet. Nam ut omnium aliarum virtutum, ita hujus ad animum tota redit astatim.

C A P V T XII.

De recta intentione
dictorum Epilogus.

*Th. cap. 4.
1. Tim. 1. 6.
1. Tim. 4.
vñ. 16.* **A**ttende tibi. Tobie & Timotheo saluberrimè dicitur, sibi non attendere, raro domi sua, sibi ipsi praesentem non esse; animo, quaque lubet, evagari, rebus plurimis se miscere, cupiditatem longè mittere, nihil præcogitare, in supervacuis aut alienis laborare, multa & nihil agere, omnia turbato animo, & in incertum emissis oculis alpicere. Simplex oculus, laudatissimus.

§. I.

Cyrus Persarum rex potentissimus, uti Xenophon memorat, eti Tigranem Armeniorum regem bello exarmatum, unum cum coniuge captivum in vinculis habet, humanitatis tamen obliuisci nolue, & se quoque hominem esse prudenter meminit. Cum itaque variam regum fortunam altiore cogitatione secum ipse perpendret, duos illos regios coniuges, non ad colloquium tantum, sed ad mensam suam adhibuit, ipse velut convivator & coenæ dominus, inter epulas variè facetus, nec sine risu hilaris. Denum conviviarum animum exploratorus: Dic Tigranes obsecro, inquit, pro tuâ conjugi quod mihi redemptum pretium das? Cui Tigranes liberè: Equidem regnum darem in lyrum, si tua fortuna id mihi non invidisset: nunc cum regno caream, caput meum in illius fatum promptè dependent. Mirificè delectatus Cyrus tam sincero amore, in commiserationis affectum libenter transiit, & utriusque libertatem unâ cum regno restituit. Tigranes jam sibi & regno redditus conjugem interrogare institit, quid ei de Cyri prudenter & magnanimitate, quid de formâ videtur. Ad quæ prudens regina: O mi optime coniux, inquit, non ego in Cyrum oculos, sed in illum conjece, qui le capite suo libertatem meam redemptum pollicebatur; hunc ego unum aspexi, dum inter Persas egimus. Prudentissimum dictum: Ei oculos jure debet, cuine vitam negare possit.

§. II.

Quin ergo, mi Christiane, Attende tibi, & oculos ei tuos non negas, cui & vitam tuam debes. Scis, teum non esse: nosti quis pro te moriendo vitam tibi derit: & quomodo non in unum hunc assertorem tuum tuus ibit oculus, tua intentio? Frustra vivis, nisi in hujus unius obturò assiduo hætes. Hac enim unâ ratione tibi præfens es, cum in tuum conditorem & reparatorem sic transis. Ah, quoties domi nostra non sumus, & extra nos abimus: quo tuus cuique habere se contingit? Hominem iratum mihi obserua, & audies quâm ipse ultro sa-

Tom. I.

A teatur, se non esse apud te præ iracundia, nihil enim minus in potestate haber quâm seipsum, & iram suam. Aspice libidinosum; hic & oculos & animum perdidit in alieno vultu: non est apud te, nihil illi cum oculo simplici. Avatum cerne, sue mentis nunquam est, pecunia eam ipsi rapuit. Et quis invidum sui compotem esse dixit: tibi nunquam attendit, sed alii quos it perditum. Hominem gulonem intuere, exfusa mente estriotus in patinis, aut poulis sepolitus est. Omnia omnino vita, errores omnes hoc sui principium habent, Non attendere, vix unquam sibi presentem esse.

Hoc se quaque modo fugit.

Lucet. lib. 3.

Sic & impatiens à se exit, totus extra se agit, & hinc in stultissimas querelas effunditur. Qui aliquid sui & sanæ mentis retinet, ita secundum ratiocinatur: Quid ago? rem meam ex malâ meliusculam non fecero furendo: si quod damnum passus sum, augebit illud ab hac rabie; si quod illatus sum, incutum habeo ministrum, furorem; quidquid attentavero per hanc vesaniam prius id destruam, quâm efficerem incipiam; nec lucrum inde aliud sperandum, præterquam celer & inutile pœnitentia. Revere quod unguis est in ulcere, hoc impatiens in omni actione: qui malum suum exasperari vult, impatiens illud ferat. Quin ergo levare desino, & compescere querelas: in ventrum latratus mitto, re nulla profuturos, nisi ut quotquot me audierint, lapidibus me peccant ut canem. Idecirco attendam mihi ipse, & quam insaniendo perderem, patiendo restituam rem: tranquillitas dabit, quod auferetur furor. Verè dixit Thucydides, Celeritas duo adverissima esse recte menti, Celeritatem & ira duo Iras. Eâ de causa vide ut Iras in potestate habeas, & mente ad veritate dignatio ad temeraria verba effera. Hoc ratiocinum est hominis à se non exequuntis, hic simplex oculus longè plerumque cernit, quâm oculi illi semplices.

Verum, sicut priores illi, sic & præcepserat temerarius *Scrib. Super.* in dandis consilii, aut fere dis iudicis, nihil pro fama *valig. lib. 1.* ager, nisi hoc ipsum sibi assidue ingerat: Attende tibi, *cap. 14.* Frena lin- quam ex ingenio præcipio, uno quam ac ju- cipere possint trahunt. Sunt quæ in rerum executio- dicis inji- nadeo calidè profligunt, ut antè fecisse quâm cogi- tasse videantur; quæ ad res non sunt sed decurrent, tan- quam si quis inopinato incendio latè omnia populante, domo propellatur. Omne horum consilium tanquam in mediis ignibus est. Deliberationem ignorantia ne do- mesticum quidem pectoris sui senatum in consilium vocant. Fecisse his deliberaſſe, & remque peregrisse, est perpendicile. Non eunt illi in res, sed profligunt, aut ve- riū involant; tanquam si quis ex ingenio præcipio, uno se falso destruet, pertusas morte quam in prudenti lenitóque lapili ponendam vider. Prima non dicam his consilia sed primus illapilius quâcunque fortunâ injeſtus pro sententiâ est; damnata daturus, an fecus, ne cogitant quidem, ut fortuitò hi verius quâm consilio vivant; fors bene, fors male res cadent, excepturi hunc aleæ jactum sunt. Hic altissimâ voce in clamandum: Attende tibi, quis- quis es, & frenos iudicii tuis, sed & lingua tua injeſce. Millies petre vult, qui lingua coēcere non vult.

§. III.

Anre omnia vide, ut ante bellum circumspicias armatis maximè Attende tibi, ne nudum latus ob- jicias hosti. Hoc affluesce, ut rebus omnibus medicinam pares præmeditando. Præmeditatio corum omnium Præmedi- malorum, quæ ventienta longè antè videris, adventum ratio ma- lenit, & tunc sapientis, quidquid homini accidere possit, lorum ad id modicè ferendum esse si advenierit, præmeditari, lenit, Christus suos in omne genus injuriarum & cruciaturum armaturus: Hac, inquit, locutus sum vobis, ut cum veneru *ho- 1. 16.* *ra, eorum reminiscamini.* Tanquam si dixerit suis: Facilius *ver. 4.* omnia feretis, si prævideatis ferenda. Provisio haec ani-

V u

mi

mi ad vitam rectâ instituendam summi necessaria est. *Ecclesiast. 2.* Ideo urget Siracides, & : *Fili, inquit, accedens ad servitum Dei, sita in iustitia, & in timore, & prepara animam tuam ad tentationem.* *Præpara te, siquidem hominis est preparare cor.* In adversis omnia clypeus adamantius est, seria eorum præmeditatio. Levius aedit, quidquid ante prævidimus: Nam prævisa minus tela ferire solent. Repentis omnia videntur graviora, & faciliter nos subruunt, quæ subito impetu in nos feruntur.

Romanus Sapiens præclarissime hac de philosophatus: Tertium, inquit, fortunam r. ad experiri, ternerū semper de illâ cogitare, & sibi nihil de fide eius promittere. Navigabo, nisi si quid inciderit: & Prator siam, nisi si quid obstruerit: & negotiatio mibi respondebit, nisi si quid intervenierit. Hoc est quare sapientiū mibi contra opinionem dicamus accidere. Non illum casibus hominum exceptimus, sed erroribus: nec illi omnia ut voluit, cedunt, sed ut cogitavit; in primis autem cogitavit, aliquid posse propositis suis resistere. Necesse est autem levius ad animum pervenire, destituta cupiditatis dolore, cui successum non utique promiseris.

Idem ep. 91. Qui hic sibi non attendit, quid contrâ quam destinavit, post int. & accidat, frenit & insanit, moderat id toleratur, si prævidet. epist. 107. Ita Zeno Cirensis cùm inaudisset opima sibi sua mari submersa: Laudo, inquit, tuum factum fortuna, quæ nos in palliolum & particum redigis, jam expeditius philophari me jubes. Previdit utique hanc plagam, ideo placatè tulus. Inexpectata plus aggravat: novitas adiicit calamitatibus pondus: Ideo nihil nobis improvvisum esse debet. In omnia præmittendum est animus, cogitandumque, non quidquid solerit, sed quidquid fieri potest. Nullum tempus exceptione est ab acero eventu: in ipsis voluntatibus casus doloris oriuntur: bellum in mediâ pace configit, & auxilia securitatis in metu transiunt: ex amico inimicus, hostis ex socio fit. Sepe sine hosti patinum hosti, & clades causas, si alii desinunt, nimia sibi felicitas inventa. Invadit temperatissimos morbus, validissimos phthisis, innocentissimos pana, secretissimos tumulunt. Ea verò plerumque plurimum dolent, quæ ut inopinata & in solita miramur, & querimus: Unde hoc? Quomodo? Quis putat?

Ergo, Attende tibi, nihil eorum quæ patet, insolitum, nihil inexpectatum tibi sit. Offendit rebus istis tam ridiculum est, quam queri quod spargari in publico, aut inquinari in luto. Eadem vita conditio est que balnei, turbæ, itineris: quedam immittuntur, quedam incident. Non est delicata res, vivere. Longam viam ingressus es, & labaris oportet, & lasferis, & cadas. Alio loco comitem relinques, alio efferves, alio timebis. Attende tibi. Per ejusmodi offensas emciendum est confragosum hoc iter. Præparetur ergo animus contra omnia. Sciat se venisse, ubi

Virgil. lib. 6. Luctus & ultrices posuere cubilia cura, Eneid. Pallentesque habitant morbi, tristisq. senectus.

In hoc contubetnio vita degenda est. Effugere ista non potes, prævidere potes, contempnere potes, contemnes autem, si saepe cogitaveris, & futura præsumperis. Neemo non fortius ad id cui se dicit compositerat, accessit, & duris quoque, si præmeditata erant, obstitit. At contraria imparatus etiam levissima expavit. Id agendum est, ne quid nobis inopinatum sit: & quia omnia novitate graviora sunt, hac cogitatio aliud praestabat, ut nulli malo tyrones simus, nihil miremur eorum ad quæ natum sumus, quæ ideo nulli ferendæ indignæ, quia paria sunt omnibus. Quidquid dixeris, multis accidit, & accident deinceps. Ita dico, paria sunt, nam etiam quod effugit aliquis, pati potuit. Aequum autem jus est, non quo omnes usi sunt, sed quod omnibus latum est. Imperatur aequitas animo, & sine querelâ mortalitatis tributa pendamus. Hiems frigora adducit; aliquid est. Aestas calores refert; aestuandum est. Intemperies cæli valetudinem tentat; agrotandum est. Et fera nobis loco occurret, & homo perniciosior omnibus feris, Attende tibi. Aliud aqua, aliud ignis eripiet. Hanc rerum conditio-

A nem mutare non possumus i. id possumus, magnum sumere animum, & homine Christiano dignum, quo fortiter fortuita patiamur. Optimum est, pati quod emendare non possis: & Deum, quo auctore cuncta proveniunt, sine murmuratione comitari. Malus miles est qui imperatore fūtū gemens sequitur. Hic est magnus animus qui se Deo tradidit: at contrâ ille pusillus ac degener, qui obliucentur, & de ordine Mundi male existimat, & emendare mavult omnia quam se. Deo nos tradamus & simplicem intentionis oculum in Deo uno figamus. Sic vivamus, sic loquamur. Paratos nos semper inveniat arque impigros sanctissima Dei voluntas.

§. I V.

*H*oc ipsum insignissime confirmans Epistolis: Epistola cajū quæ rei, inquit, antecedentibus & consequentibus digerit consideratis, sic eam aggreditur. Alioqui cupide quidem eam aggreditur: quippe qui mil eorum quæ sequuntur considerat. Postea verò cùm aliqua molestia ac difficultates intercesserit, turpiter desist. Cupis vincere Olympia? Considerato antecedentia & consequentia: & sic, si è re tuâ fuerit, rem aggreditur. Est tibi accurato ordine opus, bellaris abstinentia, exercitum corpus vel invito, idq. horâ pœnitentia, in eph. in figura: non bibenda frigida: aliquando in vimum quidem, denique lanis tanquam medico te tradas oportebit. Deinde in certamine lantari corpus contingit, manum ladi, diligenter lumbos, multum palveris deglutiri, flagris cedi, & cum his omnibus interdum vinci. His rebus consideratis, si placet, certamen in toto. Sin minus, vide ut puerorum more acturus sis, qui nunc pugiles ludant, nunc gladiatores, nunc tubâ canunt, nunc tragedias agunt, cùm ista viderint admiratius fuerint. Sic & nunc pugil eris, nunc gladiator, mox philophorus, postea orator, toto autem animo nihil: sed ut simius, quidquid viderit, imitaberis. Subinde aliud ex alio ribi placet, sicutata verò dissiplicebunt. Neque enim considerat quidquam aggressus eis, neque rem totam explorat, aut examinat, sed temere & frigida cupiditate impulsus. Ergo in posterum Attende tibi.

Diogenes interrogatus quid in Philosophia dicitur? Respondit: Prævidere adversa, & cùm advenire illa, patiem ferre. Nihil sit, quisquis ista non dicit. Quæ alii dicit, tamen levius sunt, vir sapiens levius facit, dum cogitando. In tantâ rerum, sursum ac deorsum euntium, veratio, si non quidquid fieri potest, pro futuro habes, das in non habes. Tamen si securos rebus adversis, quas infregit, quisquis prior videt. Basiliscus, tu ajunt, prius videndo necat hominem, si ipse prius ab homine videatur, in fugam venturum. Ideo nobis evenit, si calamitas celestior fit noltris cogitationibus, & in securos irruat, facili negotio totos sic deicit, si animum in eam obfirmemus, & venientem oculo illo simplici aspiciamus, sine viribus est, & jam paratos leviter stringit, idque cum profectu & emulmento nostro. Ergo, Attende tibi, & ad asperitam quamque sortem excipienda te para.

Cùm Anaxagoras apud Athenienses in vinculis esset, Platonis duo ad eum nuncii uno die allati sunt in carcere. Prior mortem ei decrebat esse significabat. Ad quem Anaxagoras confitit vulnus: Jam pridem, inquit, sentientiam tulit natura, tam in me, quam illos qui me damnant. Porro alter duos ipsius filios intercessit nunciabat. Et huic, salvo colore, respondit: Sciebam me mortales genuisse. En, tamen tamdiu prævisa, quam non lasferint! Severus Imperator uti alia pleraque, sic & mortem præmeditari solitus, loculum ad lectum habuit, quem frequenter allocutus: Tu virum, ajebat, capies, quem Orbis non potest. Ulysses viginti annis militiæ vagans, jam redux Penelopen conjugem flentem siccis salutavit oculis; sed catello ad domini præsentiam infamè getienti, & repente mortuo illacrymavit. Nam uxoris lacrimas præcepit, atque animo secum ante peregit; in illum autem fletum subita res & inexpectata eum congererat.

Sic adversi omnia praecipienda sunt animo, & longè tranquillius perferuntur. Quemadmodum enim is qui se curba immiscet, aliud non expectet quām impelli, trudi, comprimi: ita is, qui peregrinatur, non speret nisi calum caliginosum, inmiti, ventosum, pluvium, sparsissimam tempestarem, hostilita incommodissima, non tamē modicos sumptus exactura: jam errores viae, lapsus equorum, eversionē curtus, varios casus, tanquam solitas itinerum appendices confideret, ut cū hæc evenierint, dicere possit: *Ita prævidit.* Turpissimæ sunt voces illæ: Sperabam meliora: Non putabam sic mecum agendum: Tam gravia non expeccabam: Nesciebam fortunam mihi novercā esse: *Quis hoc futurum credidisset?* *Quis tam hostilem animum in hoc homine suspicatus fuisset?* *Quis hæc omnia præviderit?* Ita magna pars hominum est, quæ navigatura de tempestate non cogitat. At hoc sapientis non est. Si tibi sapere vis, Attende tibi, & providum animum in omnia præmitte, ut cum Anaxagoræ dicere licet: Prævidebam hæc, sciebam ista, jam ante illa cogitabam. Pecuniam amisi: Sciebam posse adiui. Gratiæ perdidì: Noveram quām instabile bonum posse adiui. In paupertatem decidi: Pridem credidi hanc expeditam, hilarem, tutam esse, si pauper non sit virtuosus. Male de me loquuntur homines? Faucent, non quod mereor, sed quod solent. Quibusdam canibus innatum est, ut non pro feritate sed pro consuetudine latrent. Morbus me affligit? Et morbis & morti obnoxium me scio. Sed exhibetur etiam in leitulo virtus. Graves inimicos habeo? Jam olim in Chrysostomo legi: Neminem ladi nisi a seipso. Invidia, cædium, mæror me cruciant? Neque hoc contra expectationem evenit. Luctus, dolor, metus non tam supplicia, quām vivendi tributa sunt. Mors liberos, parentes, cognatos, amicos abfultit? Quid ictus aut novum aut mirum? perire peritum: ego illis proximus. Mortalium mortem non acerbè deflendam jam didici.

Hoc si quis in medullas admirerit, & omnia aliena mala, quorum ingens quotidianæ copia est, sic aspicerit, tanquam illis liberum & ad se iter sit, multò antè se armari quām petatur. Ergo, Attende tibi, & ictus quoque eodem animi robore præstabis, ne quid ex his quæ eveniunt, tibi subitum sit. Quidquid enim fieri potest, tanquam futurum præsidiendo, malorum impetus moliet. Scio animus ad periculorum patienciam instituit. Attende tibi.

S. V.

Sed & in ceteris rebus omnibus idem tibi affiduè ingerò: Attende tibi. Pedentium ad præcipitum ducimur, à minimis feliciter initis ad latissimam damnam descendimus. Nihil rationis est, ubi semel affectus inductus est, jūsque illi aliquod voluntate nostrâ datum est. Facier de cetero quantum voleret, non quantum permisisti. In primis, inquam, finibus hostiis arcendis est, nam cum intravit, & portis se intulit, modum à captiis non accipit. Affectus contumaciter parent. Nullum vitium est sine patrocino: nulli non initium est verecundus & exorabile, sed ob hoc latius funditur. Non obnubis ut definat, si incipere permisisti. Ergo, Attende tibi, & principiis obita. Incipientibus vitiis obstrudenda sunt via per rectam intentionem, si malitia radices semel egredit & inverteraverit, huc coalita agritudo, difficilis erit extinctu. Facilius est excludere pernicioſa quām regere, & non admittere, quam admissa moderari. Nam cum se in possessione posuerunt potentiora rectore sunt, nec recidi se minuere patiuntur. Deinde, ratio ipsa, cui freni traduntur, tamdiu potens est, quamdiu didicita est ab affectibus: si miserit se illis, & inquinavit, non potest continere, quos submovet potuisse. Commota enim semel & conculta mens ei servit, à quo impellitur. Quarundam rerum initia in nostrâ potestate sunt: ultiora nos suâ vi rapiunt, & agrè relinquunt regressum.

Tom. I.

A Ut in præcepis datis corporibus nullum sui arbitrium est, nec resistere morarie dejecta possunt, sed cōsilium omne & pœnitentiam irrevocabilis præcipitatio abscedit, & non licet non eò pervenire, quòd non ire licuerit: ita animus si in iram, libidinem, aliòque se præfecit affectus, impetum difficulter reprimet: rapiet illum, & ad imum ager vitorum natura proclivis. Ergo intrantibus vitiis resistamus: quia facilius, ut dixi, non recipiuntur, quām recepta excent. Caram nobis nostri natura mandavit: sed huic ubi nimium indulseris, virtutem est. Sic ab initio non malo ad carnem transimus, & corporis commoda, & quidquid illis vicinum. Optime si dorus: *Diabolus, inquit, serpens est lubricus, cuius si capiti, hoc sum, bono est, prime suggestioni non resistitur, rotus in intime cordis, dum non sentitur, illabitur.* Ergo, Attende tibi, & obsta principiis rectâ intentione affiduo restaurata, alioqui sapientiæ in præcipititia rues vix emendanda.

S. VI.

Proximum ab his erit attendere, ne in supervacuis laboremus, aut alienis, id est, ne aut quæ non possimus consequi, concepiscamus: aut adepti, cupiditatum nostrorum vanitatem ferem, & post multum pudorem intelligamus. Ne etiam labor aut irritus sine effectu sit, aut effectus labore indignus. Ferè enim ex his tristitia sequitur, si aut non succedit, aut successus pudet. *Circumcidenda est concursatio,* inquit Seneca, *qualis est magna lib. de transparti hominum, donos & theatra, & foras perruantum.* *Alien. quid cap. 12.* *nisi se negotiis offerunt, semper aliquid agentibus similes.* Horum si aliquique excusat domo interrogaverit: *Quo tu quid cogitas?* respondet tibi: *Non mehercule scio, sed aliquos video, aliquid agam.* Domum cùm supervacuā redeentes laetitudine, jurant nescisse seipso, quare exsunt, ubi fuerint, postero die erraturi per eadem illa vestigia: sic sine propoſito agantur, querentes negotia: nec que deftinaverunt, agunt, sed in quo incurvunt. Inconfutabili illis vanisque curiis est, qualis formicæ per arbustæ repenitus: quæ in sumnum cacumen, deinde in innuminates aguntur. *His plerique similes vitam agunt, quorum non immorè quis inquerat inertiæ dixerit, qui negotiis magis amant quām agunt.* *Omnis itaque labor aliquò referatur, aliquò reficiat, nec unquam sanè careat intentione.* Ex illo malo dependet teterimum: hoc rituum, auctoritatis, & publicorum secretorumque inquisitio, & multarum rerum scientia, quæ nec raro narrantur, nec raro audiuntur.

Quoties aut alienis negotiis nos miscemus, neglectis nostris, aut non necessaria curamus, omisſis utilibus & necessariis, nec quidquid feret in cōsiderare curâ componimus, quām quod ad nos non pertinet. Quid vana, quid inutilia aut noxia discimus? Discamus continentiam auge, luxuriam coercere, gulam temperare, iracundiam lenire, paupertatem aequis oculis apicere, frugalitatem colere. *Quæstus olim Iffas: Quare, inquit, appellatis argen-* *Cap. 55. v. 2.* *tum non in panibus: laborem vestrum non in saturitatem? Quid de homine illo sentias, qui jam extremâ fame laboret, pecuniam tamen quam reliquam habet omnem ad mercatorem defert, & plumas emit in pilei ornamenti? Non disparem ad hoc insiniam plurimi committunt, quos strenua exercet inertiæ, qui omnia agunt præterquam ea quæ animi sunt & salutis. Curis & laboribus variè se conficiunt, sed curas & labores aut nullâ, aut non rectâ intentione insigniunt: pecuniam ambiunt aut gratiam, aut utrumque; obtinendo celo nunquam fati-*

Ad Gal. c. 3. vers. 4. *gantur: in omnibus alius ad laßitudinem exerceri in lucrum trahunt. Ad hos divinus Paulus meritò vociferatur: Tanta pœsi est in fine cassia?*

Sunt qui maria emulantur, omnes regiones lustrant, circulcent orbem: sunt qui omnes pœni libos feruntur, & quidquid uipiam rerum novarum est, in suas aures derivent; de his vere dixeris: *Hi tales neminem ex omnibus difficultius domi, quam se, convenient; semper extra se sunt, ac per aliena vagantur, & quod hinc sequitur,*

V u 2

tur,

Luc. cap. 5. vers. 5. tur, nemini minus noti quam libi ipsi. Milerum genus hominum, qui sub vita finem ipsis de se fatebuntur: Per totam noctem laborantes nihil cepimus. Ergo, attende tibi, &

Omnia virtutum tenera sunt principia, & tempore robur eis accedit. agat. Omnia virtutum tenera sunt principia, tempore ipsis duramentum & robur accedit. Itaque initio vis moderata erit animo facienda, ut vigil in hac attentione perferat, & is quia agit, intendat, ne volatice instabilitate hoc illuc per diversa rapiatur; sed ubi vel paullum respirare licuerit, in finum ad amatorie orationis (etiam minime prolixe) refugiat. Animus ita sibi prasens, non tantum ad aliena non difflit, sed & in propriis caver, ne quid ultra limites.

§. VII

Affidua sui
observatio
negotiis
omnibus
recte præ-
sideri

Affidua sui
observatio
negotii
omnibus
recte pra-
ficiens
Denie obseruario sui affidua, negotiis omnibus
recte praesider, hic maximè Attende tibi, & nun-
quam sic accede ad negotia, unde tibi ad Deum liber re-
gressus non sit. Utique animus ab omnibus externis ad
terpsium sapienti revocandus est. Subinde saltem, ut in pe-
riculosâ navigatione portum pete, nec expectes donec
res te dimittant, sed ab illis te ipse disjungas, & in te,
quantum poteris, recedas. Aflue in mediis etiam occu-
pationibus celum inambulare, & frequentibus ab
imo per stora ductis suspiriis communem omnium pa-
rentem adire, unaque rectam intentionem restituare.
Memento propriorum Aeternitatis, & ad Deum, quoties
per intervalla lieuerit, ardenter evola. Deum tibi
semper terminum fige, in quo oculi tui nunquam non
deliniant. Sic omnia tam diligenter facies tamque cir-
cumspicere quam homo fidelis, sanctus, soler tueri fidei
commissa. Sic non expalles cedas ardua, nec retrahes ti-
midus pedes, sed incurribus celsior, nihil temere
fortiter multa aggredieris: sic profutura iuxta obtuturaque
prosperities. Noisti, prudentissimum haberi, qui à se non ab
alio consilia mutatur. Itud hinc non laudabile tantum,
sed necessarium. Omnium actionum tuarum animam
& vitam, non ab alienis oculis aut auribus pete, sed à te
tuaque intentione. Hac vera prudentia est, hac tuissi-
ma sunt consilia, omnibus actionibus, minimis maxi-
mis, rectam semper intentionem primittere, & oculos
à Deo nunquam deflectere.

Liceat h̄c indignari, & æquisum in ignaviam humanaam excandescere. Plerique omnes sumus in minimis cauti, in maximis negligentes: Intentionem rectam non solum per plurimas vitæ partes negligimus, sed & pravam nimium frequenter actionibus nostris misce-
*Gen. c. 42. mis. Jacob olim filios objurgans: Quare negligitis, inquit, vers. 1. & 2. descendite, & emite nobis necessaria. Idem ergo h̄c proclamem: Quare negligitis, o mortales, quid vanissime studia sectamini, quid labores sumitis non profuturos omisiss necessariis? De plurimorum vanis & otiosis contubus non malè ego dixerim, quod ille de suis futuris que sociorum studiis ingenuè faslus: *Omnia, inquit, dissumus preterquam necessaria.* Eodem profuis modo repertrias non paucos, qui omnia discant, omnia sciant, præ-
*Bene agere terquam ea quæ faciunt lucrando celo. Qui solū scit
is dicitur
is dicitur
qui actio-
nibus suis
rectam in-
tentionem
adjungit.*
agere, is sanè nihil seit, nisi sciat & bene agere, actionibꝫ
que suis omnibus intentionem rectam adjungere. Heu
quāta facimus, & facta nostra intentione pravā cor-
rupimus, atque sic agros nostros ipsi urimus, & propria cædimus vineta. Oramus, sed ut orationis amantes
habeamur: Stipem erogamus, sed ut avari nomen effu-
giamus, & benefici dicamur: Jejunamus, quandoque
ideo tantum ut plus potesta voremus: Laboramus, sed
luctu tāsum, sed oculis, sed laudi, sed necessitatibus, sed cru-
mena solum: Templa frequentamus, sed ut videamur,
aut certè videamus tunc non videnda: Rei divina inter-
sumus, sed ex merita sape confuetudine, aut temporis fal-
lendo: Conciones audimus, sed curiositate tractui, ut do-
ctiores fiamus, non ut meliores: Confessionis myste-*

A rium obimus, sed ne minus alii præstare censeamur. Epulum celeste accedimus, sed neque hic nos ipsi deferimus, & saepe non nisi dulcedinem hic querimus: Peregrationes infinitum, sed tantum ut animum relaxemus, & domesticum tedium vitemus: Invitamus ad convivium, non pauperes, sed eos à quibus & nos invitentur: Donamus, ut & nobis donetur: Obsequium impendimus, ut impendatur & nobis: Laudamus alio, ut & ipsi laudemur: Subinde mel & rosas loquimur, ut & affabiles audiamus, ut humani aestimemur, vel ut è suavius fallamus. Edimus, bibimus, non tantum quia esurimus & siquis (hoc enim & nos facit in prato) sed quia esse, bibere, nobis admodum sapit, gulamque mirè demulceret: Opes congerimus, non ut egenos juvenemus, sed ut nos divites simus: Garrimus, deam bulamus, nugamur, dormimus, non ut fessum animum aut corpus reficiamus, sed ut genio nostro sacrificemus, & faciamus quod magis libet, deleatque. Quoties in humilitatem etiam nos submittimus, sed ut emergamus, & ascendamus altius: Quoties minutula quadam grandi religione observamus, negligimus peccata grandia: Quoties acerbum frigus, ardas vestes, strictos caeleos, & nescio quia patimur, sed quia nobis superbia perfusus: Reprehensiones etiam silenter ferimus, non à modestia, sed ab obstinatione facti intructi. Hec mille talia facimus! ita vitam nostram implemus innumeris erroribus, & quod miserrimum est, errare nos nescimus, aut fani non amadverimus. Ita thesauris colligimus, sed palearum, aut damnata moneta.

Anno à Virginea parvu, Millesimo decimo sexto, ut Dicimus
Ditmarus commemorat, Italië litora Saraceni barba-¹⁶
ro furore infestarunt. Benedictus VIII. Summus Pon-
tífex hosti in finibus occurrentium ratus, in istituta
classe comparata tam feliciter rem gestis, ut hostiles
exercitus ad internectionem delerit, & Regem Saracen-
um in fugam compulerit. Regina minus affecta fuge
capta est, & capite truncata. Rex supplicio & more
conjugis suorumque clade mirum in modum effterat,
ingentes minas cœpit spargere, & ultionem parare. At-
que ut prius Italiam metum injecerat, quā pugna alem
tentaret, Summo Pontifici faciem misit ingentem ca-
stelanum plenum, sīnque nunciari jussit: Scirer, tot mil-
ites aestate proximā Italiam vastaturos, quot in facio illo
castaneas numeraret. Benedictus Pontifex, ut huic
tam barbare denunciationi responsum attemperaret,
Regi maruspium amplum milio plenum remisit, eidem
quā renuntiā præcepit: Venire modò, tot illum in Ita-
liā lotatos inveniruntur, quorū milli grana maruspium illo
continerentur. Hic foccus, & hoc maruspium non cro-
co, non pipere vel auro, sed vili mire turgidum, hu-
mana vita ludibria, præclarè repræsentat. Docuit nos
Christus, quā ratione thefairos calo recluderemus: at nos
tuguriolis nostris contenti, castaneas & milium pro
thefairo accumulamus, actiones acervamus innume-
ras, sed parum pretiosas, utpote intentione sancta deli-
tutas: ita milio & castaneis divites sumus. Tandem ut
Gregorius loquitur, finis operi probat, quid opera-
tio intentio proba non fuerit. Cum ergo mors fons pullaverit, ut
cū speculum fatale torserit, cum ex hoc in aliū Or-
bem migrare jussiferi, quās inde thefairos asportabili-
mus? Maruspia milii, facios castaneorum referimus
(actiones purā intentione casias) heu merces in calo
minimè venales! Ideoque, ut rectissimè monet Bernar-
dus, maximè opus est puritate intentions, quā sōlē mons nostra Cae-
deo & placere appetat, & valeat inhēre. Quidquid agi-
mus, actio recta non erit, nisi recta fuerit voluntas, feu-
intentionis, ab hac enim est actio. Optimè ad rem Seneca Epis.
Nulli non virtus, inquit, & vivo & mortuo reulit gratiam, si
modo illam bonā securis est fide, si se non exornavit & paxit,
sed idem fuit. Videte, obsecro, nec Seneca quidem fatis
esse confit virtutem sequi, nisi quis eam sequatur bonā
fide

fide, quod quid aliud est, quam bona intentione? Hæc certe neminem finit à leipo sic exornari & pingi, ut actus illius non tam sint, quam esse videantur boni: has omnes officias & pigmenta extremitate edunt intentionem: Virtutem ut sequamur imperat, sed ut bona fide sequamur, non spe vanâ ille est, non metu adacti, sed ipsius amore virtutis. Infinimè hoc explicans Augustinus: implebis, inquit, amore, quod timore non poteras. Qui enim timendo non facit male, maller facere, si licet. Itaque etsi facultas non datur, voluntas tenetur. Non facio, inquit. Quare, Quia timo. Nodum anima justitiam (nondum fabriacetatem, nondum castitatem amas) adhuc servus es: *Ego filius. Sed ex bono servi sit bonus filius.* Interim timendo noli facere. Idem sanctissimus Antifites obliquam nimis intentionem aviri facit perstringit. *Avara quid imbias celum & terram?* Melier ejus qui fecit celum & terram. Ipsum vijurus, ipsum habentibus es. Quæreris ut tua sit illa villa, & transiens per illam dicis: *Beatus, cuius est possessio ista.* Hoc dicunt quām multi qui transiunt per illam: & tamen cū dixerint & transferint per illam, possunt caput agitare, & supbirare, numquid & possidere? Sonat cupiditas, sonat iniquitas: Sed non concupisca rem proximi tui. *Beatus, cuius est villa illa, cuius est dominus ista, cu-*

A *ius est ager iste. Compescere iniquitatem, audi veritatem. Beatus*
gens cuius es. Quid et jam nos quis dicturus sim. Ergo deside-
rate ubi habebitis, tunc denunci beati critis. Hac solâ beate eri-
tis, re meliore, quam vos esistis, meliores eritis. Deus est, inquam,
melior te, que fecit te. Erige te ad illum, & quidquid occu-
lorum habes, in hunc unum converte.

Quod ergo Tigranis conjux fecit in Persia, hoc tibi faciendum in omni loco, affi. lue, in omni vita: fuos illa oculos in unum illum defixi, qui caput pro illa suum offerebat: idem a te jure meritisimo postulatur, ut tuos in uno defigas oculos, qui & oculos & caput, & totum te reque una tibi donavit, qui vitam & sanguinem suum pro te redimendo, non folium offerre paratus fuit, sed obtulit. At parum est regiam Tigranis conjugem imitari: exemplis sanctioribus urgemur. Quisquis bonam intentionem cordi habes, regium Numinis psalmum amulare, & provide Dominum in conspectu tuo temper. In hunc unum tuus eat oculus, sed vide ut simplex eat & rectus; in hunc unum tua feratur intentio, sed vide ut pura feratur & sincera; nec aliorum quidquam aspiciendum est, nisi per hunc unum, aut in hoc. Ergo, quod ultimum moneo, ATTENDE TIBI.

Finis librorum de rectâ intentione.

HELIOTROPIVM

S. E. V.

CONFORMATIO HYMANÆ VOLVNTATIS

C V M D I V I N A.

L I B E R P R I M V S

D. E.

DIVINÆ VOLVNTATIS
COGNITIONE.

CAPVT PRIMVM.

*Hypotyposis omnium quinque librorum; duplex
etiam fundamentum ponitur, & omnes
omnino pœnas à Dei voluntate
provenire ostenditur.*

Ex Macco Alexander, cūm Dā-
rium bello pateret, aſtu & itine-
ratis fervore percalefactus, Cydne-
amini corpus suum immisit, sed
hebetatis subito torpore artibus,
expirantī similiſ in rabernaculum
delatus eſt. Huc amici pariter &
medicis admissis, milibus ſibi fore
Rex ajebat, inoī ſtrenuē, quām tardē convalescere:
proinde ſi quid opis aut artis eſſet, ſcirent ſe non tam
mortis quām bellī remedium querere. Itaque medici

C attentissimo consilio salutis remedia circumspiciebant
qui cum ad unam potionem sententiam direxissent, Philippus medicus, Regi pueru fidus admodum comes &
custos salutis datus, non praecipit sed strenuum reme-
diu afferre, potionemque illam suis manibus tempe-
raturum, & eam vim morbi levaturum esse promisit. Inter
hac a Parmenione fidissimo purpurarorum litterarum su-
pervenerunt, quibus Rex moniebatur ne salutem suam
Philippo committeret, mille talentis a Dario esse corru-
ptum. Ingenitem animo sollicitudinem litterarum incuse-
rant regi, & quidquid in utraque partem, aut metus
aut spes subiecserat, secreta estimatione penitabat. Bibere
perseveraret: vita periculum terrebat. Damnaret si
dem medici? antea ete vita fidelitatis diffudabat. Ditu-
animo in diversa versato, nulli quid scriptum esset enum-
ciavit, epistolamque sigillo annuli sui impressam, pulvi-
no, cui in cumbebat, subjecit. Inter has cogitationes bi-
duo abslopsum, illuxit a mecum destinatus dies. Et ille
cum poculo, in quo medicamentum diluerat, intravit.